



SIVE GENEALOGIA FAMILIAE SCORTIAE,

NEC NON PER ANTIQVA EIVSDEM FAMILIAE,
Et aliarum Comitum Lauaniae monumenta pluribus è locis summa fide
desumpta, quibus probè admodum Arboris praedictae, ac eorum,
quae in ea sunt certa cognitio praebetur.

Omnia suis locis posita seruat a temporum serie ab anno videlicet MX. vsq; ad MDCIX.

Commodiorem verò Familiae SCORTIAE usum, neue, vt haectenus in posterum temporis sint
iniurijs obnoxia ALEXANDRO SCORTIA curante nunc recens typis excussa.

DE CONSENSV SUPERIORVM.



MEDIOLANI,
Typis Pandulphi Malatestae, Impressoris Regij. 146

*Et iterum impressa NEAPOLI, Typis Ioannis Baptistae Gargani,
& Lucretij Nucij. M. DCXI.*

PERILLVSTRIBVS DD. ANDREAE,
 ET NICOLAO FRATRIBVS SCORTIA
 ex Lauania Comitibus Dominis, & Consobriniis suis
 Alexander Scortia S.



DOLENDVM equidem nobis uebementer erat
 priscum familiae nostrae splendorem temporis longinqui-
 tatis caligine obscuratum adeo remansisse, ut plane ori-
 ginis ipsius maxima ignorantia teneremur, quae cum
 opinione omnium altioribus affixa radicibus esset, ta-
 men nihil reliqui superesse uidebatur, nisi quod maio-
 res nostri animis insitum reliquere, nimirum familiam Scortiam diuturna
 plurium annorum successione à Lauania Comitibus initia desumere; quod
 quidem licet tum immunitates, quibus nonnulli ex familia nostra frueban-
 tur, tum etiam Imperatorum, & Genuensis Reipublicae priuilegia Scor-
 tia, alijsq; familijs Comitibus Lauania concessa cuius recto rerum aestima-
 tori demonstrare debuissent, nihilominus adeo uerae successione memoria
 deperierat, monumenta uero quae extabant, tam varijs occultisq; locis di-
 spersa iacebant, ut nihil certi ea de re affirmari posse uideretur. Et quam-
 uis cum multis Italiae antiquissimae nobilitatis familijs, familia nostra an-
 tiquitate, & nobilitate certare potuisset, ac praeterea maiores nostri unà
 cum ceteris Lauania Comitibus ultro suo sese Comitatu dispoliassent, il-
 ludq; Genuensis Reip. dictioni adiunxissent, potuissentq; Genuae uti pleri-
 que Comites fecerant publicae administrationis participes cummorari, prout
 fide digna testantur monumenta; ob tamen ciuiles discordias, quibus tunc
 temporis Ciuitas nostra flagrabat uitandas Vultabium sese contulerunt,
 ibidemq; tranquille, & placide uitam diuisimè cum traduxissent, adeptisq;
 magis perfrui curarent, quam alias diuitias optima familiarum nobilitatis
 praesidia comparare, adeo ut demum ipsorum, & temporis culpa Scortiae
 familiae primordia ab omnium memoria omnino effluerint. Parum in-
 super à nobis Genuensis historiae scriptoribus debetur, qui uel rerum nostra-
 rum ignari, uel certè consultò, quo tempore nostrorum memoriam recense-
 re potuissent crassissimis obliuionis tenebris circumfusos passi fuerunt, cum
 praesertim reticere non debuissent quantum uiribus, opibusq; florerent La-
 uania Comites, inter quos unus Guirardus Scortia filius Pagani maxime
 emittit, qui anno salutis 1138. & ipse cum ceteris fidelitatem iurauit fe-
 dusque cum Repub. percussit; nec minus silentio praetereunda erat tam praec-
 lara

PERILLVSTRIBVS DD. ANDREAE,
 ET NICOLAO FRATRIBVS SCORTIA
 ex Lauania Comitibus Dominis, & Consobrinis suis
 Alexander Scortia S.



DOLENDVM equidem nobis uebementer erat priscum familiae nostrae splendorem temporis longinquitatis caligine obscuratum adeo remansisse, ut plane originis ipsius maxima ignorantia teneremur, quae cum opinione omnium altioribus affixa radicibus esset, tamen nihil reliqui superesse videbatur, nisi quod maiores nostri animis infitum reliquere, nimirum familiam Scortiam diuturna plurium annorum successione à Lauania Comitibus initia desumere; quod quidem licet tum immunitates, quibus nonnulli ex familia nostra fruebantur, tum etiam Imperatorum, & Genuensis Reipublicae praeuilegia Scortiae, alijsq; familijs Comitibus Lauaniae concessa cuius recto rerum aestimatori demonstrare debuissent, nihilominus adeo uerae successione memoria deperierat, monumenta uero quae extabant, tam varijs occultisq; locis dispersa iacebant, ut nihil certi ea de re affirmari posse uideretur. Et quamuis cum multis Italiae antiquissima nobilitatis familijs, familia nostra antiquitate, & nobilitate certare potuisset, ac praeterea maiores nostri unà cum ceteris Lauania Comitibus ultro suo sese Comitatu dispoliaissent, illudq; Genuensis Reip. dictioni adiunxissent, potuissentq; Genuae uti plerique Comites fecerant publicae administrationis participes cummorari, prout fide digna testantur monumenta; ob tamen ciuiles discordias, quibus tunc temporis Ciuitas nostra flagrabat uitandas Vultabium sese contulerunt, ibidemq; traquille, & placide uitam diutissimè cum traduxissent, adeptisq; magis perfrui curarent, quam alias diuitias optima familiarum nobilitatis praesidia comparare, adeo ut demum ipsorum, & temporis culpa Scortiae familiae primordia ab omnium memoria omnino effluerint. Parum insuper à nobis Genuensis historiae scriptoribus debetur, qui uel rerum nostrarum ignari, uel certè consultò, quo tempore nostrorum memoriam recensere potuissent crassissimis obliuionis tenebris circumfusos passi fuerunt, cum praesertim reticere non debuissent quantum uiribus, opibusq; florerent Lauania Comites, inter quos unus Guirardus Scortia filius Pagani maxime euituit, qui anno salutis 1138. & ipse cum ceteris fidelitatem iurauit fœdusque cum Repub. percussit; nec minus silentio praetereunda erat tam pra-

clara tot opidorum ample ditiois donatio Reipublicæ facta anno 1198. nec quod Respub. de se benemeritos ornare cupiens, ut tanti beneficii perpetuis temporibus memoria vigeret exinde præstiterit; locum enim in primis Genuæ emptum pecuniâsq; ad domum pro eorum habitatione ibidem extruendam, ut cum cæteris ciuibus libertate Ciuitatisq; regimine potirentur fuit elargita; immunes etiam ab omni vectigalium onerumq; publicorum solutione ipsos, & successores in perpetuum fore publicis tabulis testatum reliquit, ut ex antiquissimo Communis Genuæ Registro optimè colligitur. Hæc ego cum probè scirem, tum veteri traditione, tum etiam in perlegendis familie nostræ monumentis, ac historia Augustini Iustiniani, qui anno 1170. quamuis obiter Guirardi Scortie quedam gesta recensuit, incredibili cupiditate inflammabar aliquid efficiendi, ex quo emolumenti quidpiam familia nostra perciperet; ad hoc autem gerendum admodum traherbar, cum in libro priuilegiorum familie Scortie intuerer, (ut cæteros omittam, eiusdem verò nostri stipitis viros commemorem) Hadrianum, & Lanzalotum, qui anno 1372. & 1373. velut Lauanie Comites à vectigalibus persoluendis liberi esse publico Consulium decreto declarati fuere. Præterea summopere incitabant me eximij illi labores, quas Lazarus pater meus, nec non Nicolaus eius frater susceperunt anno 1558. quo tempore de immunitatis suæ possessione deturbare conabantur vectigalium moderatores, cum rebus optime perpensis Perillustres Octouiri D. Georgij eosdem iniuste vexari, immunesq; uti Lauanie Comites omnino censuere. Demiq; ad operam meam in familie nostræ utilitatem nauandam impellebar vehementer cum viderem anno 1590. Carolum fratrem meum à vectigalium exactoribus exhibitam sibi molestiam non solum depulisse, verum etiam denuo eorundem Perillustrium Octouirorum iudicio ipsam, & fratres suos omnis penitus vectigalium solutionis expertes futuros pronuntiatum fuisse. Hos igitur multosq; alios tam Scortie, quam alterius familie Comites Lauanie, qui lapsis temporibus concessa maioribus suis priuilegia mordicus tutati sunt ipsecum uehementer amularer, facturum me operepretium existimaui, si ut familie nostræ latentia principia patefacerem, eiusdemq; genealogiam, que iamdudum desiderabatur extruerem totis viribus contendissem, nullusq; iccirco mihi fuit laborem omissus, nihilque intentatū reliqui, ut ex priuatis domus nostræ scriptis, alijsq; tabulis quo quisque tempore maiorum nostrorum extiterit, eorumque nomina inuenirem, ac tandiu hac in re elaboraui, ut Scortie domus trecentorum circiter annorum seriem simul coniunxerim; Mirum etiam capto huic operi adiuumento fuit

to fuit I. C. Io. Franciscus Scortia fil. Sireti; quamplura enim & ipse iam multo pridem vita functorum nomina ex antiquitatis tenebris in lucem reuocauit. Interea Genuam venit P. Io. Baptista Scortia Societatis Iesu Sacerdos; is enim quæ hætenus facta fuerant cum acuratè considerasset, quippe qui nominis Scortie amantissimus erat in primis, tum in publicas, tum in priuatas tabulas inuestigandas totus incubuit, multa ex Reipub. multa ex D. Georgij archiepis desumpsit, non pauca ab impressis, aliqua etiam à manuscriptis historijs decerpfit, postremo innumera ab amicis rerum Genuensium antiquarum amatoribus obtinuit, quæ omnia tanto ordine, tamque aptè disposuit, ut susceptam struendæ Arboris prouinciam etiam atque etiam adiuuerint; etenim quæ iam dudum diuturno sopore inuoluta iacuerant, ita excitauit, ut omnium oculis spectanda proposuerit, adeout Scortiarum gentilitas debeat ei multum, cum de ea tantopere meruerit. Præsertim verò ad Scortie gentis sobolem detegendam plurimum ualere fidei, & antiquitatis admirabilis tabulæ à D. Julio Pasqua babbie Innocentio III. familie Fliscæ Ecclesie gubernacula administrante confectæ: etenim in illis uelut in picta quadã tabella uniuersa CCXXX. annorum Comitum Lauanice posteritas, usque ad Pontificatum prædictum optimè perspicitur. Quare certè dici potest hæc tabulas illas fuisse, cuius opera familie Scortie typus ad ueræ perfectionis fastigium peruenerit, ille quidem sincerè admodum compactus; in eo enim conficiendo nihil magis habuimus in uotis, quam fidelitatem totis uiribus consecrari, ne quidquam in eo esset reperiri, quod à ueritate aliqua in re abhorreere possideretur, quod potissimum præstare solent, qui certam cupiunt rebus suis fidem adhiberi. Laboribus igitur omnibus quatuor quasi annorum curriculo feliciter ita perfuncti, atque eorum, qui antea extiterunt familie Scortie, quæ undequaque habueramus nomina, temporum ad unguem ordine seruato, suisque locis distributa, publicum, ut conderet instrumentum, ut ita dicam tabellioni tradidissimus, contigit ut iam tandem Genuensis Prætoris auctoritate comprobata familie Scortie Arbor siue genealogia annorum DC. perfecta, & expleta omnibus suis numeris, & partibus in lucem exierit, incipiens uidelicet à Frisco I. Lauanice Comite, qui fuit ante annum 1010. usque ad nos, qui lucis huius usura fruimur, ut ex eamet quæ sequitur genealogia rectè uidere est; deinde verò quæ inferius habentur scripta ea ipsa sunt, quæ superius dixi tanto labore fuisse conquista, quæq; ad plenam ipsius Arboris cognitionem mirificè profunt, cum nihil sit in Arbore positum, quod perspicuè undenam desumptum sit in illis

liquido non appareat. Ego verò cum viderem inde quantum ad Scortiarum progeniem dignitatis accessisset, cum ex ea quotquot sexcentis ab hinc annis fluxissent corporeis licet vinculis soluti, ad vitam quodammodo viderentur reuocari, cuperemq; ut ea, quæ tot tantisq; laboribus consequuti fuimus nullo unquam tempore essent interitura, ad eximij in familiam nostram amoris mei significationem, eiusdemq; honorem, et amplitudinem, Arborem scilicet, atq; in eam annotationes, quas ut inspicerem solum ab auctore obtinueram, eo penitus inscio, typis excludendas curavi. Verum enimvero ferre non potui monumenta hæc Scortie domus æternum decus cuiusquam alterius, quam utriusque vestrum nomine exornata prodire, cum potissimum illius honore nihil unquam antiquius habueritis; sciremq; etiam non minus huiusmodi monumentis familiam Scortiam, quam nominis vestri splendore illustrari. Præterea ob arctissimæ consanguinitatis vincula, quibus coniuncti sumus ea vobis mihi dicanda esse duxi existimans cum tam veram in eis, tamq; insignem annorum DC. maiorum nostrorum successionem inspexeritis incredibilem vos lætitiæ suscepturos, cum nimirum quæ hæctenus tanta obscuritate latuerunt: patere ea nobis hoc tempore contigerit. Reliquum est, ut quemadmodum Lazarus, et Andreas fratres gratæ recordationis parentes nostri mutuo inter sese diligebant, ut eorum rei familiaris summi etiam amoris hæredes simus, et quamuis locis disuncti, attamen animo simus, et voluntate coniunctiores. Hæc igitur monumenta amoris mei erga vos, atq; voluntatis pignora, Scortie propaginis nobilitatis, et antiquitatis certissima testimonia grato bilariq; animo vos accepturos confido Deumq; Opt. Max. precor enixè, ut vestrum utrumque diutissime seruari dignetur incolumes. Valete.



De

De Arbore quam Alexander Scortia de gen-
tilibus suis edendam curauit.

D O N H I E R O N Y M I C E N T V R I O N I
E P I G R A M M A.



H E R O A S enixa patres , enixa nepotes ,
Pontifices , apices rerum , Sacrumq; Senat um
Flisca domus Latias inter celeberrima gentes
Gaudet auo , pubes quo Scortia gaudet eodem .
Illa ferox quandoq; animum haud exuta tyranni
Armavit patrios in patria viscera ciues .
Sanguinis hæc contra , & crudelis nescia culpæ

Edidit haud viles animas , nec laudis egentes ,
Sed seruare æquas æquali in fœdere leges
Gentiles fuerant artes : meruisse supremas
Cura prior genti fuerat , quam querere sedes .
Non studijs plebis vinci , nec imagine honorum
Duxerat , aut vna vinci virtute pudendum
Clarus ab antiqua , qui cernitur Arbore ramus .



1687

De

De eadem.

Admodum Reueren. Aurelij Barnaboui.



VCTA per antiquos fecundo semine patres,
 Et per fecundos germinis aucta toros,
 Aurea nobilibus frondescit in aethera ramis
 Scortiadum Italicis Arbor onusta viris.
 Alcides superas si iterum remearet ad auras,
 Esse quidem hos fructus diceret Hesperidum;
 Atque iterum exhaustos vellet tentare labores
 Gente sub hac vna nobiliora parans;
 Vt proprium tanta decoraret ab Arbore nomen,
 Hoc sine quod factum est crederet esse nihil.



VRBEM

Aliud.



R B E M nobilitat Ligurum gens Scortia: gentem
Prisca vrbs antiquam nobilitat Ligurum.

Nobilis exultat tam claro Patria ciue,

Tam clara exultat ciuis, & in Patria;

Sic ciuis Patriam commendat, Patria Ciuem,

Mutua contendunt officia officijs.

Scortiadum prolis laus est hæc maxima; præfert

Sola suo Patriæ commoda namque bono.

Nestoreos igitur viuas gens Scortia in annos,

Tu Piliæ Ligurum Patria viue dies.

Scortiadum & Patriæ laus æternatur vtrinque;

His decus est etenim Patria, & hi Patriæ.



De

De Scortiarum Comitum Lauaniae familia
 Arboris Hieroglyphico expressa
 D. Ignatij Albani
 Ode.



C O R T I A E prolis generosa mater,
 Scortiae matris generosa proles
 Sunt Aui, Patres, geniti, Nepotes
 Italo in orbe.

Italum littus nihil ergo sentit
 Clarius nostros Ligures habere,
 Nil magis dignum Ligures fuisse
 Inter auitos.

Hoc Senatores, apicesq; rerum,
 Purpuræ, sacris toga fulta sceptris
 Arbore existunt domus hæc ministrat
 Arma, virosq;.

Roma quid iactas geminos Quirinos,
 Vnde traxisti genus, atque nomen?
 Quid hostes iactas, Populosq; victos
 Orbe subacto?

Cede nam primum domus ista nomen
 Scortia auditur meruisse, quod si
 Roma vis primum, petet inde laudem
 Ista secundum.



GENEALOGIA

F A M I L I A E
S C O R T I A E
COMITVM LAVANIAE.

PER ANTIQVA EX ACTIS ANTONII
Rochæ Notarij Genuensis. Anno Domini
MDCIII. die XVII. Decembris.




M E D I O L A N I,
Ex officina Typographica Pandulphi Malatestæ.

Et iterum impressa N E A P O L I, *Ex Typographia Ioannis Baptiste Gargani,*
& Lucretij Nucij. M. D C X I.

F RISCUS PRIMVS
 LAVANIAE
 COMES.
 A N N O M X.

{ ANSALDVS } THEDISIVS.



<p>VGO FLISCVS.</p> <p>Hiblatu Episcop. Albinganen.</p> <p>Opicius Episcopus Parmensis.</p> <p>Albertus Archidiacon. Parmen.</p>	<p>SINIBALDVS, qui fuit PP. INNOC. IIII.</p> <p>Rubaldus Præfectus Genue.</p> <p>Thedifius.</p> <p>Ruffinus Abbas S. Fru- tuofi.</p> <p>Albertus.</p> <p>Opicius.</p>	<p>Ottobonus, qui fuit HADRIAN. V.</p> <p>Vgo. Nicolaus. Albertus. Preciuallis. Federicus.</p> <p>Guglielmus Car- dinalis. Henricus Cardi- nalis. Vgolinus. Andreas. Thedifius.</p> <p>Jacobus. Petrus. Preciuallis. Sorleo.</p> <p>Opicius.</p> <p>Jacobus.</p>
---	--	---

Opicius.
Rubaldus.
Thedifius.
Stephanus.
Guglielmus.

Opicius.	Thealdus.
Thedifius.	Albertus.

Henricus. Martinus. Paganus.	Henricus. Vgo.
------------------------------------	-------------------

GERALDVS I.

Albertus Penellus
Ormanus.
Thedifius.

Vgo.
Albertus.
Geraldus.
**ARMANVS CASA-
NOVA.**
Federicus.

Beltramus.

Ioannes.
Conradus.
Odonus.
Albertus.
Bernardus.


**GERALDVS
RAVASCHIERIVS.**

Thealdus.

Andreas.

Rubaldus.
Fulco.
Guido.
Beltramus.

Opizo.
Guirardus.



1157. GERARDVS

1340.
 { Bartholomeus.
 Ioannes 1340.

{ Ioannes 1386.
 Lazarus.

{ Antonius . — { Quilicus 1385. { Antonius 1462.
 { Antonius . — { Antonius . { Iacobus 1462.
 { Baptista . { Lucas 1432.

{ Nicolaus . — { 1385. { Octavianus. { Bernardus.
 { Bartholomeus. { Franciscus 1500. { Bartholomeus Nazarius. { Octavius.
 { Octavianus 1451. { Nicolaus. — { Io. Maria. { Franciscus.
 { Zacarias 1495. { Franciscus. { Ioannes.
 { Ioannes. — { Camillus. — { Pantaleo.
 { Zacarias. — { Innocentius.

{ Nazarius . — { 1419. 1444. { Petrus.
 { Raphael. { Ioannes.
 { Octavianus.
 { Pantaleo.
 { Ioannes. — { Octavianus.
 { Antonius . — { Io. Baptista Soc.
 { IESV. { Siretus.
 { Pantaleo.
 { Marcus Antonius.
 { Honoratus.
 { Dominicus.
 { Pantaleo. ;
 { Horatius Doctor.

{ Nazarius . — { Nazarius. { Pantaleo.
 { Antonius . { Antonius .
 { Iacobus . — { Marcus Antonius. { Aurelius . — { M. Antonius.
 { Io. Maria . { Io. Aloyfius . — { Iacobus. — { Io. Maria.
 { Sentinus. — { Alexander. { Io. Baptista.
 { Marcus Antonius.
 { Io. Aloyfius.

FEDERICVS III
 HAERIANVS IIII.
 declaratus immu-
 nis anno 1372.
 Galeatius V.
 GALESIVS VI.
 Franciscus .

1386.
 IOANNES VII.
 DOMINICVS
 VIII.
 Thomas .


{ Franciscus 1496 { Petrus.
 { Lazarinus. — { Iacobus.
 { Io. Andreas. — { Franciscus. — { Petrus. — { Franciscus.
 { Io. Antonius. { Petrus . { Laurentius .


{ Io. Philippus. { Franciscus. — { Bernardus. — { Franciscus. — { Bernardus.
 { Laurentius. — { Ioannes. — { Ioseph. — { Io. Baptista .
 { Marcus. { Io. Franciscus.

{ Io. Baptista . { 1464. { Raphael. { Benedictus .
 { Franciscus. — { Io. Antonius.
 { Io. Angelus.
 { Lazarus. — { Bernardus.
 { Io. Baptista .

²
FRANCISCVS


³
FEDERICVS.







{ Antonius .

4
HADRIANVS




5
GALEATIVS.





6
GALESIVS.
1396.



De Scortiarum Comitum Lauaniae familia
 Arboris Hieroglyphico expressa
 D. Ignatij Albani
 Ode.



C O R T I A E pr olis generosa mater ,
 Scortia matris generosa proles
 Sunt Aui , Patres , geniti , Nepotes
 Italo in orbe .

Italum littus nihil ergo sentit
 Clarius nostros Ligures habere ,
 Nil magis dignum Ligures fuisse
 Inter auitos .

Hoc Senatores , apicesq; rerum ,
 Purpuræ , sacris toga fulta sceptris
 Arbore existunt domus hæc ministrat
 Arma , virosq; .

Roma quid iactas geminos Quirinos ,
 Vnde traxisti genus , atque nomen ?
 Quid hostes iactas , Populosq; victos
 Orbe subacto ?

Cede nam primum domus ista nomen
 Scortia auditur meruisse , quod si
 Roma vis primum , petet inde laudem
 Ista secundum ;





F A M I L I A E
S C O R T I A E
COMITVM LAVANIAE.

PER ANTIQVA EX ACTIS ANTONII
Rochæ Notarij Genuensis. Anno Domini
MDCIII. die XVII. Decembris.




M E D I O L A N I,
Ex officina Typographica Pandulphi Malatestæ.

Et iterum impressa **N E A P O L I,** Ex Typographia Ioannis Baptiste Gargani,
& Lucretij Nucij. **M. D C X I.**

FRISCVS PRIMVS
 LAVANIAE
 COMES.
 A N N O M X.

{ ANSALDVS } THEDISIVS.



<p>VGO FLISCVS.</p> <p>Hilarius Episcop. Albinganen.</p> <p>Opicius Episcopus Parmensis.</p> <p>Albertus Archidiacon. Parmen.</p>	<p>SINIBALDVS, qui fuit PP. INNOC. IIII.</p> <p>Rubaldus Præfectus Genuz.</p> <p>Thedifus.</p> <p>Ruffinus Abbas S. Fru- tuofi.</p> <p>Albertus.</p> <p>Opicius.</p>	<p>Ottobonus, qui fuit HADRIAN. V.</p> <p>Vgo. Nicolaus. Albertus. Preciuallis. Federicus.</p>	<p>Jacobus. Petrus. Preciuallis. Sorleo.</p>

Opicius.
Rubaldus.
Thedifus.
Stephanus.
Guglielmus.

Opicius.
Thedifus.

Thealdus.
Albertus.

Henricus.
Martinus.
Paganus.

Henricus.
Vgo.

GERALDVS I.

Albertus Penellus
Ormanus.
Thedifus.

Vgo.
Albertus.
Geraldus.
**ARMANVS CASA-
NOVA.**
Federicus.

Beltramus.

Ioannes.
Conradus.
Odonus.
Albertus.
Bernardus.


**GERALDVS
RAVASCHIERIVS.**

Thealdus.
Andreas.

Rubaldus.
Fulco.
Guido.
Beltramus.

Opizo.
Guirardus.

1157. GERARDVS



1340. { Bartholomeus. }
 { Ioannes 1340. }
 { Ioannes 1386. }
 { Lazarus. }

{ Antonius. }
 { Quilicus 1385. }
 { Antonius. }
 { Baptista. }
 { Antonius 1462. }
 { Iacobus 1462. }
 { Lucas 1432. }

{ Nicolaus. }
 { 1385. }
 { Bartholomeus. }
 { Octavianus. }
 { Franciscus 1500. }
 { Octavianus. }
 { Nicolaus. }
 { Zacarias 1495. }
 { Bernardus. }
 { Bartholomeus }
 { Nazarius. }
 { Octavius. }
 { Franciscus. }
 { Io. Maria. }
 { Franciscus. }
 { Ioannes. }
 { Zacarias. }
 { Camillus. }
 { Pantaleo. }
 { Io. Baptista. }
 { Zacarias. }
 { Franciscus. }
 { Innocentius. }

{ Nazarius. }
 { 1419. 1444. }
 { Raphael. }
 { Petrus. }
 { Ioannes. }
 { Nazarius. }
 { Octavianus. }
 { Pantaleo. }
 { Ioannes. }
 { Octavianus. }
 { Io. Baptista Soc. }
 { IESV. }
 { Antonius. }
 { Siretus. }
 { Pantaleo. }
 { Marcus Antonius. }
 { Honoratus. }
 { Dominicus. }
 { Pantaleo. }
 { Horatius Doctor. }
 { Io. Angelus. }
 { Hieronymus Canonicus }
 { Auenion. }
 { Iulius. }
 { Marcus Antonius. }
 { Aurelius. }
 { M. Antonius. }
 { Octavianus. }
 { Io. Maria. }
 { Alphonfus. }
 { Io. Aloyfius. }
 { Iacobus. }
 { Antonius. }
 { Io. Baptista. }
 { Marcus Antonius. }
 { Sentinus. }
 { Alexander. }

FEDERICVS III
 HADRIANVS
 IIII.
 declaratus immu-
 nis anno 1372.
 Galeatius V.
 GALESIVS VI.
 Franciscus.



{ Franciscus 1496 }
 { Petrus. }
 { Lazarinus. }
 { Io. Andreas. }
 { Io. Antonius. }
 { Iacobus. }
 { Franciscus. }
 { Petrus. }
 { Petrus. }
 { Laurentius. }
 { Franciscus. }

{ Io. Philippus. }
 { Franciscus. }
 { Laurentius. }
 { Marcus. }
 { Bernardus. }
 { Ioannes. }
 { Franciscus. }
 { Ioseph. }
 { Bernardus. }
 { Io. Baptista. }
 { Io. Franciscus. }


1386.
 IOANNES VII.
 DOMINICVS
 VIII.
 Thomas.


{ 1464. }
 { Io. Baptista. }
 { Raphael. }
 { Benedictus. }
 { Franciscus. }
 { Lazarus. }
 { Io. Antonius. }
 { Secundinus. }
 { Io. Angelus. }
 { Bernardus. }
 { Io. Baptista. }

²
FRANCISCVS





³
FEDERICVS.





{ Antonius .



1396. 1435.
Hadrianus.

1459.
Hadrianus.

Georgius.

Bartholomeus.

Franciscus.
Ioannes.

1456.
Io. Baptista.

Franciscus.

Thomas.

Iacobus.

Sebastianus.

Franciscus.

1440.
Georgius.

1444.
Pauletus.

Georgius.
Laurentius.

Hadrianus.
Thomas.
Marcus.
Lazarus.
Benedictus.
Bernardus.

Cataneus.
Andreas.
Ioannelotus

Hadrianus.

Ioannelotus.

Dominicus.

Paulus.

Ioannes.
Antonius.

Ioannes.
Constantinus.
Paulus

Odoardus.

Tomafinus.

Lucianus.
Franciscus.
Laurentius.

6
GALESIVS.
1396.

Odoardus.

Lucianus.

Benedictus.

1503.
Ioannes.

Anfreonus.
Vincentius.

Anfreonus.

Lazarus.

Io. Baptista.

Anfreonus.

1455.
Lafalotus.

Iacobus.

Lafalotus.

Benedictus.
Stephanus.
Io. Baptista.
Bartholomeus.

Franciscus.
Lazarus.
Benedictus.

Stephanus.

Augustinus.

Stephanus.
Io. Baptista.

Daniel.
Io. Andreas.
Iulius Cæsar.
Io. Augustinus.

Iacobus.

Scipio.
Horatius.

De Scortiarum Comitum Lauaniae familia
 Arboris Hieroglyphico expressa
 D. Ignatij Albani
 Ode.



C O R T I A E pr olis generosa mater,
 Scortiae matris generosa proles
 Sunt Aui, Patres, geniti, Nepotes
 Italo in orbe.


Italum littus nihil ergo sentit
 Clarius nostros Ligures habere,
 Nil magis dignum Ligures fuisse
 Inter auitos.

Hoc Senatores, apicesq; rerum,
 Purpuræ, sacris toga fulta sceptris
 Arbore existunt domus hæc ministrat
 Arma, virosq;.

Roma quid iactas geminos Quirinos,
 Vnde traxisti genus, atque nomen?
 Quid hostes iactas, Populosq; victos
 Orbe subacto?

Cede nam primum domus ista nomen
 Scortia auditur meruisse, quod si
 Roma vis primum, petet inde laudem
 Ista secundum.





F A M I L I A E
S C O R T I A E
COMITVM LAVANIAE.

PER ANTIQVA EX ACTIS ANTONII
Rochæ Notarij Genuensis. Anno Domini
MDCIII. die XVIII. Decembris.




M E D I O L A N I,
Ex officina Typographica Pandulphi Malatestæ.

*Et iterum impressa NEAPOLI, Ex Typographia Ioannis Baptiste Gargani,
& Lucretij Nucij. M. DCXI.*

F RISCUS PRIMVS
 LAVANIAE
 COMES.
 A N N O M X.

{ ANSALDVS } { THEDISIUS. }



SINIBALDVS, qui fuit PP. INNOC. IIII. Ottobonus, qui fuit HADRIAN. V.

VGO FLISCVS.
Hblatus Episcop. Albinganen.
Opicius Episcopus Parmensis.
Albertus Archidiacon. Patmen.

Rubaldus Præfectus Genuz.
Thedifius.
Ruffinus Abbas S. Fru- tuofi.
Albertus.
Opicius.

Vgo.
Nicolaus.
Albertus.
Preciuallis.
Federicus.

Guglielmus Car- dinalis.
Henricus Cardi- nalis.
Vgolinus.
Andreas.
Thedifius.
Jacobus.
Jacobus.
Petrus.
Preciuallis.
Sorleo.
Opicius.

Opicius.
Rubaldus.
Thedifius.
Stephanus.
Guglielmus.

Opicius.
Thedifius.

Thealdus.
Albertus.

Henricus.
Martinus.
Paganus.

Henricus.
Vgo.

GERALDVS I.

Albertus Penell us
Ormanus.
Thedifius.

Vgo.
Albertus.
Geraldus.
ARMANVS CASA-
NOVA.
Federicus.

Beltramus.

Ioannes.
Conradus.
Odonus.
Albertus.
Bernartus.

GERALDVS RAVASCHIERIVS.
Thealdus.
Andreas.

Rubaldus.
Fulco.
Guido.
Beltramus.

Opizo.
Guirardus.

1340. { Bartholomeus. }
 { Ioannes 1340. }

{ Ioannes 1386. }
 { Lazarus. }

{ Antonius. }
 { Quilicus 1385. }
 { Antonius. }
 { Baptista. }

{ Antonius 1462. }
 { Iacobus 1462. }

{ Lucas 1432. }

{ Nicolaus. }
 { 1385. Bartholomeus. }
 { Octavianus 1451. }

{ Octavianus. }
 { Bernardus. }

{ Franciscus 1500. }
 { Bartholomeus Nazarius. }
 { Octavianus. }
 { Franciscus. }

{ Nicolaus. }
 { Io. Maria. }
 { Franciscus. }

{ Zacarias 1495. }
 { Ioannes. }
 { Zacarias. }

{ Camillus. }
 { Pantaleo. }
 { Io. Baptista. }
 { Zacarias. }
 { Franciscus. }
 { Innocentius. }

{ Nazarius. }
 { 1429. 1444. Raphael. }

{ Petrus. }

{ Ioannes. }

{ Nazarius. }

{ Octavianus. }
 { Pantaleo. }
 { Ioannes. }

{ Octavianus. }
 { Io. Baptista Soc. IESV. }
 { Antonius. }

{ Siretus. }
 { Pantaleo. }
 { Marcus Antonius. }
 { Honoratus. }
 { Dominicus. }
 { Pantaleo. }
 { Horatius Doctor. }

{ Pantaleo. }
 { Antonius. }

{ Io. Angelus. }
 { Hieronymus Canonicus Auenion. }
 { Iulius. }

{ Antonius. }
 { Iacobus. }

{ Marcus Antonius. }
 { Io. Aloyfius. }

{ Aurelius. }
 { M. Antonius. }
 { Octavianus. }
 { Io. Maria. }
 { Alphonsus. }

{ Io. Maria. }
 { Sentinus. }

{ Iacobus. }
 { Antonius. }
 { Io. Baptista. }
 { Marcus Antonius. }

{ Io. Aloyfius. }

FEDERICVS III
 HADRIANVS IIII.
 declaratus immu-
 nis anno 1372.
 Galeatius V.
 GALESIVS VI.
 Franciscus.

{ Franciscus 1496 }

{ Petrus. }
 { Lazarinus. }

{ Iacobus. }

{ Io. Andreas. }
 { Io. Antonius. }

{ Franciscus. }
 { Petrus. }

{ Petrus. }
 { Laurentius. }

{ Io. Philippus. }

{ Franciscus. }
 { Laurentius. }
 { Marcus. }

{ Bernardus. }
 { Ioannes. }

{ Franciscus. }
 { Ioseph. }

{ Bernardus. }
 { Io. Baptista. }
 { Io. Franciscus. }

1464.
 { Io. Baptista. }

{ Raphael. }


{ Benedictus. }

{ Franciscus. }



{ Io. Antonius. }
 { Secundinus. }
 { Io. Angelus. }

{ Lazarus. }

{ Bernardus. }
 { Io. Baptista. }



{ Antonius .



1396. 1435.
Hadrianus.

1459.
Hadrianus.

1456.
Io. Baptista.

1440.
Georgius.

1444.
Pauletus.

Odoardus.

Odoardus.

Lucianus.

Georgius.

Franciscus.

Hadrianus.

Dominicus.

Tomafinus.

Bartholomeus.

Thomas.

Iacobus.

Sebastianus.

Georgius.
Laurentius.

Ioannelotus.

Paulus.

Lucianus.
Franciscus.
Laurentius.

Franciscus.
Ioannes.

Franciscus.

Hadrianus.
Thomas.
Marcus.
Lazarus.
Benedictus.
Bernardus.
Ioannes.
Antonius.

Cataneus.
Andreas.
Ioannelotus

Ioannes.
Constantinus.
Paulus

1503.
Ioannes.

Anfreonus.

Iacobus.

Stephanus.

Anfreonus.
Vincentius.

Lazarus.

Lisalotus.

Augustinus.

Iacobus.

Io. Baptista.

Benedictus.
Stephanus.
Io. Baptista.
Bartholomeus.

Stephanus.
Io. Baptista.

Scipio.
Horatius.

Franciscus.
Lazarus.
Benedictus.


Daniel.
Io. Andreas.
Iulius Cæsar.
Io. Augustinus.

Anfreonus.


1455.
Lisalotus.

6
GALESIVS.
1396.

⁷
IOANNES.



⁸
DOMINICVS { Gaspar 1412.





LLVST. DD. Antonius, & Scipio fratres Scortia D. Hieronymi tam eorum nomine, quam cæterorū nomine de familia Scortia nominatorum in Arbore, quam præsentant. Constituti coram M. Mag. D. Prætore Genuæ dicunt ipsos Dominos constitutos, & omnes nominatos in dicta Ar-

bore, seu Genealogia descendere à quondam D. Frisco, Ansaldo, & Thediso Comitibus Lauaniæ, & quia eorum, & cæterorum de dicta familia Scortia interest, vt perpetuis futuris temporibus constet quinam sint de dicta descendencia. Ideo petunt, & requirunt à vobis M. Mag. D. Prætore, vt ex officio vestro, &c. Pronunciari, & declarari prædicta omnia, & singula fuisse, & esse vera, & successiuè pronunciari ipsos, & omnes nominatos in dicta Arbore descendere à dictis quondam D. Frisco, Ansaldo, & Thediso, dicta inque Arborem fuisse, & esse veram Arborem prædictæ familiæ Scortiæ, illamque fidem facere in iudicio, & extra tanquam veram legalem scripturam omni meliori modo, &c. & in præmissis &c. non solum modo prædicto, sed omni meliori modo &c. Requirentes citari per proclama quoscunquè sua interesse putantes in forma prædicta, &c.

✦ MDCIII. die XI. Decembris præsentata fuit suprascripta scriptura per dictum M. Antonium suo, & dicto nomine dicentem, requirentem, præsentantem dictam Arborem, & alia facientem in omnibus vt supra. Qui præfatus M. Mag. D. Prætor prædicta admittit si & in quantum &c. Et mandauit fieri proclama infrascripti tenoris. Die ea, &c.

H Auendo il Sig. Antonio Scorza figlio del Sig. Geronimo così à suo nome, come à nome del Sig. Scipione suo fratello descēdenti dalli quon. SS Frisco, Ansaldo, & Tedisio Conti di Lauagna presentato una richiesta innanti il M. Mag. Sig. Podestà di Genoua, per la quale richiedono sia dichiarato che loro, è li nominati, e descritti nell' Albero dell' antica fameglia Scorza descendono dalli quon. SS. Frisco, Ansaldo, e Tedisio predetti per retta linea si come in detto Albero appare, è che anco sia dichiarato detto Albero essere il vero Albero di detta fameglia, è che le sia dato piena fide in giudicio è fuori, si come in detto Albero, ò sia Genealogia appare. Perciò per parte, è comandamēto del prefato M. Mag. Sig. Podestà si fa intendere ad ogni è singular persona di quale conditione si sia, qual voglia opponere

opponere ò contradire à detta richiesta debba fra giorni trè prossimi da venire comparere innanti il prefato M. Mag. Sig. Podestà in li atti del Notaro infra scritto, à dire, & opponere, &c. Altrimente &c. è questo si fa à instadza del detto Sig. Antonio à suo è detto nome. Di Palazzo li 11. di Dicembre 1604. in li atti di Antonio Rocca Notaro.

A 11. detto si è publicato il sudetto praclama à suono di corno per me Scipione Bauastro Cintraco publico in piazzza di Bancbi come è usanza, &c.

Detto Scipione.

IN nomine Domini Amen. Nos Guido Basilius de Urbino V. I. D. & Genue Prætor sedens, &c. Visis requisitione, Arbore, scripturis, testibus, proclamate, & alijs præsentatis per dictum M. Antonium Scortium suo, & dicto nomine, de quo in actis, & alijs visis videndis. Cupientes, & volentes tam iustissimæ, & honestissimæ requisitioni morem gerere, & pro iustitia fouere, ac nostra sententia adhibita causæ cognitione, ac omnibus ritè, & rectè consideratis, &c. Christi nomine inuocato, &c. Videlicet, quia sententiamus pronunciamus eisdem Illust. DD. Antonium, & Scipionem, & omnes alios, & singulos nominatos, & annotatos in prædicta Arbore præsentata traxisse, & trahere originem, & eorum habere descenditiam à dictis quon. DD. Frisco, Ansaldo, & Thedisio Comitibus Lauanæ, & alijs ascendentibus successiuo ordine. & gradatim nominatis, & descriptis in Arbore prædicta. Vnde iure merito comprobamus Arborem prædictam apud acta præsentatam, decernentes eam fuisse, & esse veram Arborem prædictæ Familiæ Scortæ, & illam deinceps si tem plenariam facere in iudicio, & extra, tamquam publicam, & legalem scripturam, & hoc quidem semper sine præiudicio cuiuscunque primogenituræ omnium, & singulorum non descriptorum in ea, qui prætenderent, & docerent se esse ex dicta familia, & ex descendentibus à memoratis quon. Frisco, Ansaldo, & Thedisio, & alijs in prædicta Arbore insertis. Et ita, &c. omni meliori modo, &c. Et lecta, &c. Per me Antonium Rocam Notarium Ianuæ, in Palatio Communis Ianuæ. Anno à Natiuitate Domini Millesimo Sexcentesimo Quarto, Indictione secunda secundum Ianuæ mortem, die Sabbathi X V I I I. Decembris in tertijs, præsentibus testibus M. Mag. Io. Iacobo Spinula D. Federici, & Balthesare Odone quon. Nicolai vocatis, &c. Instante tamen dicto Antonio suo, & dicto nomine acceptante, &c.

C Antonius Rocca Notarius.



F A M I L I A E

S C O R T I A E,

ET ALIARVM COMITVM

L A V A N I A E

ANTIQUISSIMA MONVMENTA.

Quibus habetur clarior, & facilior cognitio Arboris eiusdem
Familiaë, atque eorum quæ in ea continentur.



M E D I O L A N I,
Ex Typographia Pandulphi Malatestæ.

*Et iterum impressa NEAPOLI, Ex Typographia Ioannis Baptiste Gargani,
& Lucretij Nuccij. M. D C X I.*

MONUMENTA FAMILIAE SCORTIAE,

Et aliarum Comitum Lauaniae.



CORTIAM Familiam antiquissimam esse in Italia omnino certum est, cum Gerardi Scortie Lauaniae Comitis babeatur mentio anno Dñi 1138. 1145. 1157. in Registro Communis Genuae, quod adseruatur in Palatio Sereniss. Reip. foliorum 297. in pergameno fol. 2. 15. 29. 33. 39. & in libro Alexandri Oeconomi Syri Primi Archiepiscopi Genuens. scripto anno 1147. qui in manus D. Marci Gentilis peruenit cap. 1. & 2.

Principium idem omnino habet cum familia Flisca, Rauasberia, Blanca, Casanoua, Penella, & Sicca, ut constat tum ex Registro citato fol. 4. 29. 39. in diuisione feudi librarum quadraginta, quas annuatim eis Resp. soluebat, tum ex priuilegijs dictarum familiarum ab Imperatoribus Federico I. & II. Vilielmo, Rodulpho, Henrico VII. & Carolo V. anno 1529. & Rep. Genuensi anno 166. & sepius deinde confirmatis in declaratione immunitatum Hadriani Scortie, Lancilloti, Quilici Gerardi, Cattanei, Baldasaris, & aliorum concessis, tum ex monumentis manuscriptis tempore Innocentij III. cuius authographum nactus sum apud D. Iulium Pasquam Genuensem, de antiquitate optimè meritum, in quibus recensetur tota ferè genealogia Comitum Lauaniae ab anno circitur 1025. nempe ab Ansaldo Thedisi patre, usque ad Pontificatum Innoc. III. inclusiue, nempe 1254 tum ex arbore, & genealogia Scortie familie in actis Antonij Roche anno D. 1604. die 18. Decembris, quae post mortem Antonij Roche peruenerunt ad Iulium Petrarugiam Notarium Genuensem, tum etiam in genealogia descendantium Thedisi, quae habetur in libro Priuilegiorum familie Scortie, licet minus exactè, & alicubi erret equiuocatione nominum, ut in Rubaldo filio Thedisi, & Rubaldo filio Henrici, eademque habetur in libro Priuilegiorum Fliscorum apud D. Sinibaldum de Auria nepotem quon. Comitis Alosij Flisci, & libro Priuilegiorum Rauasbieriorum apud D. Io. Baptistam Rauasbierium.

Porro primus Lauaniae Comes censetur Friscus, qui Henrici II. Imperatoris Saxonis Beuariae, Ducis militum Praefectus, cum fratre Opizone, ex quo

gens Obitorum, quæ Luca dominata est originem duxit, in Italiam venit, & ab Henrico ob benemerita Comitatu Lauania donatus est, & Imperialis Commissarius Genue constitutus est, ut scribit Franciscus Sansouinus libro 3. Chronologiae dum agit de Obitorum familia, & Iosephus Beatus in dialogo de Cataio Aeneæ Pij de Obitijs, qui citant huius rei testes Vbertum Auspurchi in vita Henrici II. ita scribentem. Totius Hetruriae, & Liguriae littoralis Opizonem de Luca (scilicet Vicegerentem, & Vicarium constituit) Genue, & districtus Friscum de Friscis Comitum Lauaniae vallis fratres, & strenuos milites, Mediolani fratrem Marchionis Montisferrati Guglielmum, &c. Item Albertum Marum qui ait. eo tempore Comites Lauaniae ex Burgundia oriundi, (rectius Bauaria dixisset) qui postea Flisci cognominati fuerunt, ut reor à Frisco quodam, ex eadem familia Italiam applicuere, & hic Friscus venit cum altero eius fratre, qui Opitius, siue Opitionus vocabatur, qui Lunam versus, & Lucam applicuit, & in ea Ciuitate maximam potestatem obtinuit, ex quo Opitij de Luca originem ducunt. Deniq; afferunt etiam testimonium ex Priuilegio Henrici II. dato eidem Frisco bis verbis. Fidelis noster, & Sacri Roma. Imperij benemeritus strenuus, & nobilis miles Friscus denominatus de Friscis à nobis Comes Lauaniae creatur, Et paulo post, Et non minus fidentes in eo, quam in eius fratre Opitio pro nobis vicemgerente totius Hetruriae, & Liguriae littoralis ad fugandos Saracenos relicto huius Ciuitatis prænominatum Friscum Vicarium Generalem constituimus. Datum Genue anno 1010. Imperij nostri anno VII. ita citati authores. Crediderim tamen Regni potius quam Imperij legendum, cum Henricus II. creatus fuerit Rex anno 1003. Imperator autem coronatus est tantum à Benedicto VIII. anno 1014. ex Ditmaro qui cum Henrico familiariter vixit lib. 7. & vita S. Volfangi cap. 29. apud Surium die 31. Octobris, Glabro, Leone Hostiensi, & alijs, qui eo tempore vixerunt, & Diplomate Benedicti VIII. creati anno 1012. ad Benedictum Salernitanum Archiepiscopum, ubi dicitur datum anno quarto Pontificatus illius, Imperij autem Henrici anno tertio. Quinimmo si datum est Genue anno 1010. necesse est dicere Henricum non tantum venisse in Italiam ter, nempe anno 1005. 1014. 1022. ut Ditmarus, & citati referunt, sed quater videlicet, anno etiam 1010. cum Arduigus, qui partem Longobardiae occupabat diu Henrico molestus fuerit, & facile potuerit etiam eo anno Henrico negotium facessere suffectus ope Boleslai Regis Poloniae,

Polonia, cum quo societatem inierat. Quod verò spectat ad Frisci cognomen extat adhuc in Germania; dum enim Patavij ante annos viginti publicè philosophiam doceremus incidimus in Marcum Friscum authorem, ut in fide Catholica impium, ita in Metheoris non prauum, qui sub Maximiliano II. vixit. Nomen etiam Frisci celebre fuisse in Estensi familia constat apud Io. Baptistam Pignam lib. 4.

Frisko successit Ansaldus, Tbedisij pater ex arbore familiae Scortiae, & ex monumentis M.S. citatis habitis à D. Iulio Pasqua, in quibus tamen Ansaldi pater iniuria temporis iam corrupto principio baud amplius legitur, tantum hæc omnium prima habentur mortuus fuit in expugnatione Castri Mexanegi; ex quibus redarguas Paulum Pansam, qui in vita Innoc. III. Tbedisij patrem Rubaldum primum fuisse scribit, qui Comitatum Lauania emerit circa annum 1068.

Tbedisius tres genuit filios ducta uxore ex Vesano, ubi nutritus fuit, ex citatis monumentis, primum Rubaldum patrem Alberti, & fratrum, auumque Ruffini, qui obiit anno 1177. relictis filijs Vgone Flisco, ex quo huius nominis familia reliqua, Opizone Episcopo Parmensi, Hiblato Episcopo Albinganensi, Alberto Archidiacono Parmensi, &c. ut prædicta monumenta habet Arbor familiae Scortiae, & Arbor familiae Fliscæ. Paulus Pansa existimat, Ruffinum filium Alberti habuisse alium fratrem Rubaldum, qui fuerit Cardin. sed suspicor errare, & Rubaldum posuisse pro Manfredo Cardinali filio Opizonis fratris Alberti, cuius mentionem non fecit; habetur tamen in citatis monumentis D. Iulij Pasquæ. Secundum Albertum patrem Gerardi, ex quo geniti tum Armanus Alberti Penelli, Ormani, & alterius Tbedisij pater, tum Mussus pater Beltrami, ex quo natus Gerardus Rauaschierius, & Tbealdus frater, ex quo illi de Turri fluxisse putantur, tum Vgo Siccus, qui alterum Vgonem Siccum, Albertum, Gerardum, Federicum, & Armanum Casanouam reliquit, tum Andream, cuius mentio extat in Registro Communis citato, in anno 1166. patrem Conradi, Ioannis, Odoni, Alberti, & Bernardi. Tertium Vbertum, qui Paganum genuit, patrem Vberti Blanchi, Martini Vencigente, & denique Gerardi Scortiae, ex Arbore familiae Scortiae, & monumentis M.S. citatis, ex libro Alexandri Oeconomi Syri citato cap. 1. & 2. Hic Gerardum filium genuit, è Registro Communis citato fol. 39. & ex Arbore familiae Scortiae; Author enim monumentorum M.S. D. Iulij Pasquæ unicum putavit uniuocatione nominis deceptus. Ex hoc reliqui omnes familiae Scortiae fluxerunt, qui in Arbore, & genealogia familiae describun-

scribuntur, ex Registro Communis Genue, libris S. Georgij, testamentis, alijsque tabulis publicis, priuilegijs, historijs, & citatis monumentis D. Iulij Pasquæ. Omisimus quidem aliquos, quod tota genealogia illorum series nobis nota non fuerit, ita omisus Rollerius Cypriani filius, de quo in actis Bartholomei Gatti 1409. & in actis Ioannis Pineti, quod nobis incertus fuerit Cypriani pater, & sic de aliquibus alijs paucis, qui aliquando addentur si genealogia series constiterit, ut etiam faciendum est de his, qui in dies nascentur idque in actis Notarij publici.

Porro communi nomine omnes vocabantur Comites Lauania, ut colligitur ex Registro citato fol. 33. & 39. in diuisione feudi, & si deinde Flisci antiquum nomen repetiuerint mutata R. in L. suauitatis gratia, ceteri varia cognomina pericularia sibi varijs de causis asciuerint. Erant autem è nobilibus Imperij, ut testatur ipsemet Imperator Federicus II. in epist. ad Innoc. III. cum ait. Aduenisti nobis è nobilibus Imperij filius vetus amicus, creatus in patrem, per quem confidat Imperium vota pacis, & suæ iustitiæ inuiolata seruari, &c. ut etiam est testis Paulus Pansa.

Sed undenam in Italiam uenerit harum familiarum caput, & sator Friscus, non satis constat, nam Albertus Marrus, Sansouinus, Iosephus Betutius, & alij citati ex Burgundia uenisse scribunt. Paulus uero Pansa in uita Innoc. III. & alij teste Reuerendiss. Augustino Iustiniano in histor. Genuenfi lib. 3. in anno 1247. quos ille non reijcit, existimant ex Bauariæ Principibus originem trahere, quod mihi uidetur probabilius, tum quia Henricus II. quo cum in Italiam Friscus, & Opitius Duces militum uenerunt Dux Bauariæ erat, & ex Bauaria uenit, nec unquam habuit regnum Burgundionum, licet aliquando nempe anno 1019. Rodolphus Rex Burgundiæ ob subditorum contumaciam cum Henrico egerit de Regno ei cedendo, ex Sigiberto in chronico anni 1019. tum quia ipsa nomina Frisci, & posterorum Germanica sunt, nam Frisch; quem Friscum terminatione latina dicimus, Germanicè uirum fortem, & agilem significat, Ansaldo cum, qui aliquid retinet, thedis hoc facito. Vberth, qui ius in agris dicit, aut recta incidit, Gerardus qui firmat equam. Rubaldus, qui prædam tenet. Manfredum uirum pacis. Alberth dimidium iustitiæ. Singebaldus canentem citò. Henricus diuitem possessione. Guidus bonum. Guglielmus, qui multos clipeos ducit. Aldebrandus uetus incendium. Ardoynus difficilem ad lucrandum. Similium nominum fuerunt etiam aliqui Bauariæ Duces, ut Guirardus, siue Gerardus Dux, qui in Pannonia bellum gerens peremptus

peremptus est anno D. 800. Arnaldus Dux anno 914. 920. 932. Henricus, qui Aquileiam cepit anno 948. cui filius eiusdem nominis successit anno 957. ex Singiberti chronico.

Stemma verò Scortie Familia est Grips argentijs erectus rubeo colore undiq; circumdatus, cuius capiti aurea corona imminet sicuti stemmati galea clausa, cui (ut visitur recenter alicubi) innititur felis.

Reperitur in exteriori parte domus cuiusdam in via publica, que ducit ad S. Marcum, & portus Genuensis molem antiquus lapis cum imagine Agni diuini, & stemmate Flischorum ab una parte, & ex altera Gripe erecto stemmate Scortiarum, quo tamen sunt usi etiam Reges Pannonia, ex Baptista Mansuano, & Vlisse Aldourando lib. 10. de aurbus, Regesque Scitarum ex eodem Aldourando, & Leandro, Item urbs Perusie, & ali quando Bononia ex citasis. Visitur etiam nobilis familia Brancaleanum, ex Sansouino, Cessis, Martella, Griffonia, & alie, sed cum aliqua diuersitate. In nummis impressit etiam Galienus Imperator. Apollini sacratos fuisse Gripes scribit Natalis de Comitibus in Mysbologia, ad quod etiam videtur allusisse Claudianus dum canit.

,, At si Phoebus adest, & frenis Grypha iugalem

,, Ripheo tripodas repetens detorsit ab axe, &c.

Querenti verò an in rerum natura reperiaturs Grips? Respondeo ex veteribus, id affirmare Philostratum, qui vult magnitudine esse Leoni equalem. Aelianum lib. 4. cap. 27. Herodotum in Talia, Solinum in Palyst. cap. 25. & ex neotericis Ioannem Mandauillam, qui cap. 166. scribit reperiri ea forma, qua describitur à Ludouico Ariosto, & Claudiano loco citato, in regione Bacar. & magnitudine equare octo leones, vel humanum cum equo, negare autem Seruium Egloga 7. Apul. lib. 11. Afini aurei. Originem in cap. 11. Lewis. Angelus Polit. lib. 6. poll. litt. cap. 68. Plin. lib. 10. cap. 49. quibus adnumerandus Vlisses Aldourandus, qui dicit non esse quadrupem, sed bipedem speciem Aquilæ. Verum etsi fictitium, & fabulosum dicamus esse, nihil tamen prohibet, quin rectè assumatur in stemmate, & infigne, cum hæc etiam corpora possint assumi, ut docet Ruscellius, & alij tract. de insignibus. Quis verò Princeps antiquitus donauerit Scortiam familiam Gripe adhuc mihi incertum est, illud certum consuetum fuisse illis temporibus solum à magnis Principibus familias donari stemmate, ut Claudius Clipoo à Senatu Romano, ex Pierio Valeriano lib. 42. Bartolus leone erecto à Carolo IIII. Imperatore ex eodem Bartol. tractatu de insignibus, & armis. Gilbertus Corregiens. Aquila nigra à Federico

derico Imperatore, ex Corio in vita Gilberti, & sic de alijs, ut docet Pompeus Roccus libro de insignibus.

Quo ad dictionem autem Lauania Comitum, constat eos, non tantum in agro Genuensi possedisse Lauaniam, Segestrum, Curiam, Bronzonum, Zerli, Moscaroliam, Repiam, Variseum, Riuarolium, Montemondegium, de quibus in anno 1145. ex Regist. fol. 18. & anno 1198. & feuda Benestai, Laualli, Morteti, Cornij, Nassi, Nei, Trani, & aliorum, quae speciatim Gerardus Scortia, & Obertus frater obtinebant ab Archiepiscopo Syro, de quibus in anno 1147. Marchionatum S. Stephani, Torrilie, Loani, Comitatum Sauvignoni, ut notauit etiam Pansa in vita Hadriani V. Carpasciam, Vessanum, Roccatagliatam, ex testamento Cardinal. Ottoboni Flisci anno 1275. in lib. Comit. Io. Aloysij Flisci apud D. Sinibaldum de Auria; sed etiam eundem Ottobonum possedisse in agro Lucensi Madrignanum, in Parmensi Vgolinum, Cornetum, Pontremolim, Valdetarrum, ex citato test. & Pansa loco citato. Ludonicum Fliscum Cardinalem S. Hadriani, & Antonium eius fratrem quon. Nicolai in agro Vercellensi Castrum Massarani, Montiscaprelli, & Crepacorij illis in feudum concessa à Bonifatio IX. cum annuo censu unius accipitris, & confirmata à Io. XXII. Eugenio III. Pio II. Calisto III. in lib. Comit. Io. Aloysij apud D. Sinibal. de Auria fol. 193. Orlandum Scortiam Castrum Paterni in agro Parmensi, ut etiam Opizonem, & Armanum in agro Placentino Tersognum, & Alberetum, ex anno 1308.

Anno 1010.
ad 1100. plus
minus.

Cum post Friscum vixerit Ansaldus, Tbedisus, Obertus, & Paganus Gerardi Scortiae pater, & Gerardus natus videatur initio duodecimi seculi, cum anno 1138. iam vir esset, ut ex sequentibus patebit, necesse est affirmare admodum iuuenes singulos uxores duxisse, si quatuor generationes reliquo seculo Frisci, comprehendae sunt, ut verè sunt iuxta Arborem, & monumenta M. S. D. Iulij Pasqua. Ideoque probabiliter Ansaldum circa annum 1015. aut 1020. Tbedisum circa annum 1040. Obertum circa annum 1060. Paganum 1080. natum, & unusquisque circa annum vigesimum aetatis filios procrearit.

Anno 1138. Gerardus Scortia, Opizo, Vgolinus, Rubaldus, Ruffinus, Obertinus de Paganus, Martinus eius filius, Opizo frater Rubaldi, Tbedisus, Stephanus filius Opizonis, Odo Comes, Armaninus Armanini filius Lauaniae Comites iurant fidelitatem Consulibus Ianuae Ansaldo Malono, Bonuassallo de Odone, Belamuto, & Lanfranco Piperi, seq; Ianuae habitaturos, & facturos compagnam cum Communi, ex Registro Comm. fol. 2.

Prece-

- Præceptum est à Consulibus Communis Genue Gerardo Scortie, & reliquis prædictis, ut exequantur, quotannis saltem per duos menses iuramentum præstitum de habitatione in Ciuitate; ita tamen ut tempore belli longius prædictum tēpus protrahi possit à Consulibus, ex Registro citato fol. 3. 1138.
- Consules Genue donant filijs Rubaldi, filijs Pagani, & filijs Gerardi solum prope Genuam, emptum à Ioanne, & Guglielmo Barca libris 176. brunetorum datis alijs 124. pro fabricatione habitationis ibidem pro dictis Lauania Comitibus, eo quod obedissent Communi Genue, & sponderent se Genue habituros; sine licentia tamen eam alienandi, aut impignorandi, ex Registro fol. 4. 1139.
- Non miretur quis, tam exiguis sumptibus, solum & satis magnum, & domum satis amplam, emi, & fabricari potuisse, nam cum pecunie caritas magna esset, exigua pecunia summa huius nostri seculi eo tempore æquari potuit; unde Resp. in instruendis magnis classibus sepe vix sex librarum millia expendit, ut Iustinianus, & alij testes sunt. Opidum Vultabij vix quadringentis libris constitit, frumenti mensura etiam multo post octo, aut decem solidis venit, ideoq; nec pauca pecunia, existimari debent libe illæ 40. quas pro feudo Respub. annuatim Comitibus Lauania persoluebat, ex Regist. fol. 39. ut etiam Passanis pro Frascario, & Frascarione Reip. concessis anno 1171. constituit annuas libras 50. ut notauit Roccatag. tom. 1. fol. 163. ex Archiuo Reipub.
- Consules Communis Genue Olgerius Guidonis, Ido Contardus, &c. præcipiunt sub pœna iuramenti Lauania Comitibus Rubaldo, Odoni, Ruffino, Gerardo Scortie, Opi Zoni, Stephano, Tbedisio, Armano, Martino, Henrico, & Oberto Blanco, ut quæ per litteras, vel nuncios mandauerint bona fide impleant, curentq; ne Respub. Castrum ullum perdat, reuelent pericula iuuent ad recuperandum si ullum perdidit, veniant pro diuidenda contro uersa de Montemondigio, non offendant venientes Genuam, aut inde recedentes, non impediant (nisi sint eorum serui) volentes venire ad habitandum Riuarolum, aut Segestrum, & si quis de eorum subditis habitans in Repia, Bronsone, Mascariola, Zerli, & Varese, venerit ad habitandum in Riuarolo, & insula consuetudinem cum eis habebunt, contra Commune societatem ne incant, et si quam habent intra dies triginta dissoluant. Habeant compagnam, (ut ipsi loquuntur,) & consulatum, singulis annis iuxta ordinationem Consulium Communis, non dent auxilium, aut consilium nisi satisfaciant Communi Genue Vgolmo, Armano, & Rustigino de Passano, ex Registro fol. 15. 1145.

Comites

1145. *Comites Lauaniae anno 1145. mense Iulio iurant Segestri, cum exercitus Genuensis ibi Castrum insulae edificaret, se staturos in laude Consulatus de Montemondegio de habitatione, de habendo Consulatu, de refutandis alienis sacramentis, quibus tenebantur homines Episcopatus Genuae, & si quod ius habent in Podio insulae Sigestri à terragijs, (utor verbis ipsorum) superius, vel Riuarolo donant Communi Genuae, sed si habent à terragijs insulae inferius, & velint capere ad habitandum accipiant à Consulibus Communis, deq; eo quod supererit Commune pro libito capiat, pretiumq; soluat quod valebat antequam Castrum edificaretur. Quod si Commune nolit concedere ad habitandum pretium soluat. Facient per Communi Genuae hostem, & caualcatam per terram. unusquisq; Dominus cum uno arceatore, & ibit per terram, & mare Christianorum, & Saracenorum suis dispendijs prout Consules ordinauerint. Possit Commune facere collectam, Lauania, Segestri, & per alias terras Comitum exceptis suis personis, & alijs viginti octo ibi enumeratis eorum subditorum, non tamen contra Dominos, à quibus feudum tenent: Si Commune iniuriosè eos inuadat, iuuant tamen si Commune ab illis iniuriam patiat. De suis subditis habitantibus in Curia, Bronzoni, Zerli, Moscarolia, Repia, & Varese facient iuxta suam consuetudinem, & de omnibus alijs comandis fit in arbitrio Consulatus Genuae. Petunt tamen deinceps, res illorum libellarias, aut feuda tollat, easdem conditiones teneantur seruare filij, & haeredes, ex Registro fol. 15. & in libro Priuilegiorum Fliscorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 111. & Roccatagliata tom. 2. pag. 198. in Archiuo Sereniss. Reipub.*
1147. *Gerardus Scortia, & Obertus Blancus eius frater obtinebant ab Archiepiscopo Syro multa feuda, ut testis est Alexander Oeconomus Syri cap. 1. & 2. bis verbis. Filij Pagani de Lauania Gerardus Scortia, & Obertus Blancus frater eius colligunt pro feudo pensionem pro Archiepiscopo Genuensi de Villa Benettai, de Laualli, & de Morteto prope Plebe de Mari, & de Cornio, & de pertinentijs illis iuxta mare, & de Nasso, & habent pensionem pro libella domus filiorum Thedij, videlicet hoc quod tenent pro libella in loco, qui dicitur Nei de seruis, & de Tran, & in Rapallo, & in Masaco, & in Chiauari, & in S. Iulia, & in Venali, & in Casao, & in Varese, & in alijs locis sicut in eorum libello scriptum est, & de qualibus pensio datur solidorum nouem, & denari 4. Pap. monetæ. Deuenit autb graphum in manus D. Marci Gentilis.*

Comites

Comites Lauaniae Rubaldus, Gerardus Scortia, Ruffinus, Ardoynus, Albertus, Penellus, Ido Comes, Beltramus, Presbiter de Turri, Supercius, Botinus, Gerardus filius Scortie, Guglielmus filius Opizonis conueniunt cum Commune Genue die S. Ioannis Baptiste se deinceps facturos compagnam, & consulum in Pleberio Lauaniae in ordinatione Consulium Communis Genue, & accepturos si fuerint electi Consulatum, & officium fideliter curaturos, & bellaturos à Portu Veneris usq; Monacum, & à Paloddo, & Montealto, & Vultabio, & Sauvignone, usq; ad mare, sicut fecerit Ciuitas Genue, & preceperint Consules, & saluatuos Castra Communis, inuatuosq; ad recuperandum si quod perdiderint, non offensuros faciètes iter, vel res illorum à Rapallo, usque Brunialem, nec consensuros offendentibus, facturos etiam de pradis factis, aut faciendis in presenti Consulatu, quod censuerit maior pars Consulium, de reliquis verò factis, aut faciendis postea, prout censuerint Consules futuri. De discordia inter ipsos, & Comitem Martinum, & Henricum fratres, & homines de Cucurno, Nafsi, & Vessano, ac fautores facturos, quod maior pars Consulium statuerit, ut etiam de contentionibus siquæ orientur in posterum, inter ipsos, & homines de ditione Genuensi. Non inituros inter se, nec inter alios pactiones, & sacramenta contra Commune Genue, & si quæ habent dissoluturos toto mense Iulio, vel si tunc non possint intra octauum diem Augusti, Comuni ea se manifestaturos, curaturosque ut eorum vassalli iurent compagnam Comiti Martino, & Henrico fratri, illorumq; subditis, & adiutoribus in ordinatione Consulium Communis Genue illius literas, & nuncios accepturos, ex Regist. fol. 29. & meminit Roccatagliata tom. 1. pag. 101. ex Archiuo Reipub.

Federicus I. Imperator pro benemeritis inuestiuit Comitem Rubaldum, eiusq; nepotes Guglielmum, Thealdum, Henricum, Gerardum, Ottonem, & Vgonem fratrem, Beltramam, & Albertum fratrem eius de omnibus feudis, quæ hereditario iure, vel alio quouis iusto modo ad eos deuenerunt; specialiter autem nominatim de aquis Lauaniae, & pedagio de stratis, quarum altera currit per montaneam, altera quæ vadit ad maritima, & homines, qui tenent allodia, in plebe Lauaniae, in plebe Sigestri, & plebe Vayra predictis Comitibus concessit, nec non siluam, quæ est à cruce Lambæ, usque ad Tomar, deinde ad fortem Vierno, deinde ad locum Force, deinde usque Seulozolan, reuertendo ad Crucem Lambæ. Datum in territorio Mediolanensi Landrian. Kal. Septembris, anno ut existimo 1158. cum Mediolanum obsidebat. Habetur in libro Flischorum D. Sinibal. de

1158

Primum priuilegium concessum Comitibus Lauaniz.

D

Auria

Auria pag. 112. Itemque insertum est in priuilegio Federici I I. in libro Priuilegiorum familie Scortie D. Hieronymi Scortie quon. Francisci fol. 1. & in libro Priuilegiorum familie Rauascbierie, preter alium D. Io. Baptistæ eiusdem Rauascbierie familie fol. 3. duos item per antiquos DD. Cattanei, & Alexandri fratrum, & Comitis Io. Aloysij Elisci fol. 114. qui est apud D. Sinibaldum de Auria, eius ex sorore nepotem.

1166. *Comites de Lauania Martinus, Ruffinus, Ardoynus, Beltramus, Albertus, Penellus, Thealdus fil. quon. Opizonis, & Albertus filius Rubaldi iurant fidelitatem Communi Genuæ, & non consensuros, ut terram castrum bonorem amittat auxilio vel consilio, sed adiuturos contra omnes homines ad ea tenenda, & si fecerit hostem, aut caualcatam à Monaco, Palodo, & à porta Beltrami intra contenta se cum omni populo suo ituros in exercitu staturos, & operaturos in laude Consulum Communis Genuæ sine stipendijs; Commune tamen dante victualia genti, quam ducent. Quod si ultra fines expeditionem fecerit ituros tres ex Comitibus suis expensis, & iuuaturos Genuensem compagnam, & curaturos ut idem subditi sui faciant; nec recusaturos si fuerint electi Consulatum, & si quis è Lauania Comitibus Commune offendat, vel non seruabit pacta ceteros non daturus auxilium, vel consilium contra Commune, & permissuros, ut Commune faciat collectam super ipsorum hominibus, & seruaturos ubicunque poterunt Genuenses, & alios de districtu, eorumque res vias, & iteragentes, acceptaturos, & audituros litteras, & nuncios, & Consules Communis in bis, que ad eorum munus pertinent, & facturos, ut eadem iurent filij cum ad xv. annum venerint; salua tamen in omnibus fidelitate D. Federici Imperatoris, & non teneantur militare contra Archiepiscopum Genuensem, Episcopum Bobiensem, domum Malaspinam, domum de Gaudi, aut Caualcabouis & Pallauicini, Marchionem Accium Veronensem, nisi in defensione Communis Genuæ ad ea, que habet, vel habebit 23. Nouembris 1166. ex Regist. fol. 33.*

1166. *Consules Communis Genuæ Ido Contardus, Ansaldus de Tancledo, Obertus Recalcatas, & Nicolaus Rosa asscurant Comites de Lauania, qui fidelitatem iurarint, quod de castris possessionibus, & tenimentis ipsorum non minuent, nec auferri vel minui facient, ad collectas eos, vel heredes eorum, nec etiam manentes eorum quoad possessiones Comitum non cogent, remittunt omnes offensas contra Commune factas, promittunt constituere singulis annis in Lauania duos Consules ex Comitibus Lauania, cū duobus alijs, cum Castellano Riuarolij, & simili modo in Sigestro duos Consules*

cum

Vide Iustinianum in anno 1132. 1133.

cum duobus alijs, et non facere collectam super eorum vassallos, nisi sicut super alios valuaffores, et alios homines eiusdem terrae, dantque eis in feudum portionem, quae eis contingit pro numero personarum ex libris 40. quas annuatim inter Comites filios Pagani, filios Rubaldi, et filios Geraldi dare constituerunt in festo Paschae singulis annis, et portionem, quae contingit unicuique ipsorum de aestimatione domus, quam Genuae habere solebant pro numero personarum, cum filijs Pagani, Rubaldi, et Geraldi, et ceteris Comitibus, dabuntque in feudum ad emendum domum, quam maluerint Genuae ad habitandum in perpetuum die 23. Nouembris 1166. ex Regist. fol. 33. et meminit Roccatag. tom. 1. fol. 137. qui etiam fol. 144. meminit alterius conventionis factae eodem anno in actis Guglielmi Caligepalij, sed non eam explicat, fortè est sequens. Porrò hæc conventio habetur, etiam in Priuilegio familiae Scortiae fol. 5. et 6. et in libro Priuilegiorum Rauaschieriorum D. Io. Baptistæ fol. 9. et lib. Flischorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 112. in quibus duobus Codicibus habetur etiam consilium celeberrimi Odofredi I. V. D. in fauorem Comitum Lauaniae, nempe non posse cogi ad collectam pro possessionibus etiam futuris, in Cod. D. Io. Baptistæ Rauaschierij habetur fol. 8. D. Sinib. fol. 136.

Feudum Comitum Lauaniae est librarum 40. quarum.

Filijs Pagani.

Ex bis.	{	<i>Filijs Gerardi Scortie.</i>	℥	6	℥	13	℥	4
		<i>Filijs Martini.</i>	℥	3	℥	6	℥	8
		<i>Filijs Henrici Blanci.</i>	℥	3	℥	6	℥	8
				℥	13	℥	6	℥

℥ 13 ℥ 6 ℥ 8

Filijs Gerardi.

Ex bis.	{	<i>Filijs Vgonis Sicci.</i>	℥	3	℥	6	℥	8
		<i>Beltramo.</i>	℥	3	℥	6	℥	8
		<i>Andrea.</i>	℥	3	℥	6	℥	8
		<i>Alberto Penello.</i>	℥	3	℥	6	℥	8

℥ 13 ℥ 6 ℥ 8

Filijs Rubaldi.

Ex bis.	{	<i>Armano pro tertia parte.</i>	℥	4	℥	8	℥	10	$\frac{2}{3}$
		<i>Vgoni Flisco.</i>	℥	4	℥	8	℥	10	$\frac{2}{3}$
		<i>Tbedisso, Opi Zoni, et Am broso.</i>	℥	4	℥	8	℥	10	$\frac{2}{3}$
				℥	13	℥	6	℥	8

℥ 13 ℥ 6 ℥ 8

℥ 49

Ex Registro fol. 39.

D 2

Lau-

1167. Lanfrancus Piper, & Ottobonus de Albericis Consules Communis Genue, tamquam partium compromissarij in~~tra~~ Dominos de Cucurno, de Turri, & Mauriscos Comites Lauania, & Passauante Consulem Lucensium, iudicarunt usq; ad annos triginta quoties Lucenses, & homines de destrictu transeunt per terram Lauania pro vnaquaq; equitatura soluant dictis Comitibus denarios 18. in actis Guglielmi Caligepalij, & meminit Roccatag tom. 1. fol. 146. ex Archiuo Genuensi.
1170. Filij Gerardi Scortia cum Penellis noctu eripuerunt à Passanis Castrum Frasarij, sed sepius à Repub. moniti, & armorum metu territi illud Reip. dederunt, quæ Passanis restituit. Iustinianus lib. 2. & Obertus Cancellarius Reip. M. S. apud D. Iulium Palluicinium in anno 1170. sed anno 1171. Passani Reip. Frasarium, & Frasariorum restituerunt, & Resp. illis libras 50. annuas promisit, ex Roccatag. tom. 1. fol. 163. ex Archiuo Reip. Porro filij Gerardi Scortia II. fuerunt Obertus Clericus, Cagnolus, Guidus, Angelius, Mussus, Martinus, & Manfredus: filij verò Alberti Penelli fuerunt Raymundus, Gerardus, Ioannes, & Ogerius, ex genealogia M. S. D. Iulij Pasque sepius citata, quæ tamen non excedit annum 1256. cum facta fuerit tempore Innoc. III. quo vixerunt Aldebrandus, & Guercius Rassi pater, Pichetus pater Pauli, & alij in Arbore descripti.
1171. Passani ob illatam iniuriam à Comitibus de Lauania abstulerunt Castrum Zerli, & cum ab eis obsiderentur illud dederunt Consulibus Genuensibus, & Consules Comitibus restituerunt. Obertus Cancellarius in anno 1171. fol. 87.
- Gerardus Scortia, Mussus eius filius, & Henricus Blancus Comites Lauanie die 14. Aprilis iurarunt fidelitatem, & conuentionem, quam fecerunt ceteri Comites anno 1166. in Consulatu I donis Contardi, & sociorum nihil excipientis de fidelitate Marchionum de Gaus, aut Marchionis Accij Veronensis, quod alij fecerant; sed addiderunt ob banc fidelitatem non intendere se obligare ad bellandum contra Abbatem S. Colombani, nisi in defensione Communis Genue. ex Regist citat. fol 34. & in libro Flisorum apud D. Sinibaldum fol. 111. licet id ponat factum anno 1159. meminit etiam Roccatag. tom. 1. pag. 161.
1171. Simili modo iurauit Cagnolus filius Gerardi Scortia, ex Registro ibidem.
1171. Facta fuit prima conuētio DD. de Passano, cū Alberico, & Otto de Cassaro, & tribus alijs Consulibus Communis Genue, qui francos, & immunes eos fecerunt à collectis, & alij impositionibus sicut sunt Comites de Lauania

in actis Guglielmi Calligepallij, die 24. Augusti ex Archiuo Reip. Genuensis.

Pronunciata est sententia die 15. Martij ab Alberto Marchione Incisa 1174.
Balduino Guercio, Simone de Auria, Fulcone de Castro, et Rogerio Marabotto arbitris inter Commune Genuae, et Marchiones Malaspinae, in qua inter cetera capitula illud est, ut sententia Consulum, qui infestarent Lauagninos, Passanos, et Cucurninos reuocentur. Roccatagliata tom. 1. folio 169. ex Archiuo Genuensi.

In Consulatu Fulconis de Castro, Nicolai Embriaci, Ingonis Fresie, Ogerij 1188.
Venti, Simonis de Auria, Oberti Spinulae, et Spezzapietrae, Scortie, alijque Comites Lauaniae die 11. Octobris item praestiterunt iuramentum fidelitatis Communi Genuae. Roccatagl. tom. 1. ex Archiuo Reipub.

Albertus quon. Opizonis, et Guglielmus quon. Manuelis Malaspinae iurant 1198.
Communi Genuae fidelitatem, et testes fuerunt Lauaniae Comites Vgo Flifens, Vgo Siccus, et c. Roccatag. tom. 1. pag. 205. ex Archiuo Genuensi.

Guido Spinula, Babilanus Auria, Antonius Rosa, et Io. Recalcatus Procuratores Sindici Consules, et Conseruatores Communis Genuae ad hoc electi confirmant 23. Iunij Martino, Iacobo, Russino, Baltramo, Antonio, Ardoyno, Penello, Alberto, Thealdo, Federico quon. Iacobi de Flisco Comitibus Lauaniae omnes, et singulas conuentiones, et pacta, quae sunt in Registro Communis Genuae, et recipientes nomine Communis Comitatum Lauaniae, Castrum Segestri, et Riuarolij, cum omnibus pertinentijs, prerogatiuis, et alijs concessis a Sereniss. Imperatoribus Comitibus Lauaniae; ipsi vicissim concedunt Comitibus, et descendentijs ipsorum in perpetuum, ut sint Ciues Genuenses de Nobilibus ad officia honores et commoditates, et beneficia Ciuitatis, et vocentur ad alias omnes congregationes faciendas pro commodo Reip. sicut alij nobiles Genuenses, cum omnibus exemptionibus ipsorum Comitum in perpetuum, et ut nemo ipsorum, vel descendentijs in perpetuum nomine Communitatis grauetur ad collectas, quae fiunt super Valuassores ipsorum loci Lauaniae, Segestri, et Riuarolij; super Valuassores autem alios, quos nunc ipsi habent, vel habebunt ipsorum descendentes in perpetuum, non facient collectas, prout expresse antea ipsis Comitibus concessum fuit. Et idem de possessionibus domibus, et terris, quas ipsi, et descendentes eorum habent, vel habebunt in perpetuum, et concedunt subditis eorum in perpetuum, 1162.
Citantur a Ta ve existimo annorū 1145. & 1166.

ne trahi possint in ciuili, vel criminali negotio, nisi coram ipsis Comitibus, è quibus Ardoynum, & Albertum eligunt in Consules in Lauaniam, Segestrum, & Riuarolum nomine Communitatis. In actis Guglielmi Caligepalij 1198. die 23. Iunij, & in actis Leonardi Garibaldi 1318. & in Priuilegijs Rauaschieriorum fol. 16. & Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 108.

1199. *Mussus Scortia* die 4. Iunij in presentia Beltrami Christiani iurauit fidelitatem, prout alij Comites iurauerunt Communi Genue anno 1166. die 23. Nouembris, & eius feudum est duodecima pars. ex Regist. Com. Genue fol. 33. *Ibidem* ponitur iurasse 9. Aprilis 1207. Ambrosium Comitem filium Alberti Rapallini, & si à Communi nullum feudum haberet; & 1208 23. Iunij Andream Comitem quon. Ottonis, & anno 1211. 9. Martij Albertum Rapallinum filium Theodisij Rubaldi Comitis, & anno 1223. mense Iunio Vgonem de Flisco.

Existimo esse Mussum filium Mussi, cum patre iurauerit anno 1171.

In M.S. Genealogia D. Iulij Pasquæ perperam dicitur frater.

1199. Habetur mentio Arnaldi Scortia in actis Guglielmi Casinensis in Archiuo Notariorum asseruatum Genue in Palatio Archiepiscopali, quod deinceps breuitatis gratia notabitur A. N. idest Archiuum Notariorum.

1203. Vgo Siccus Comes Lauania inter Genuenses nobiles ciues cooptatur, & iurat compagnam, (ut loquitur) cum Communi die 4. Septembris, testibus Iacobo Iustiniano, Simone Bufferia, Nicolao de Auria, Bonifatio Volta, Vberto Vsudemari, ex Roccatagl. tom. 1. pag. 214. ex Archiu. Serenifs. Reipub.

1203. Vgo Siccus Lauania Comes die 5. Nouembris vendidit Reipub. terras, quas habebat sub Cucurno, Roccatagliata ibidem.

1203. Quod etiam die 25. Nouembris fecit Armanus Comes Lauania, & Agnes eius uxor de terris, etiam sub Cucurno, Roccatagl. ibid.

1203. Eodem die Guisfredotus Grassellus Genuensis Prætor concessit in feudum opidum Fionega sub Cucurno Vgoni Sicco Comiti Lauania Roccatagl. ibid. fol. 214.

1203. Eodem die Prætor Genuensis Armano Comiti Lauania concessit in feudum tam pro masculis, quam feminis opidum Oliueti sub Cucurno Roccatagl. ibidem.

1203. Eodem die 25. Nouembris suprascripti Vgo Siccus, & Armanus renunciarunt Communi Genue ius quod in Lauania habebant coram Prætoribus, & Alberto Summaripa Iudice, Nicolao, & Alberto Malone. Roccatagl. ibidem ex Archiuo Serenifs. Reipub.

Comites

- Comites Lauania iuuarunt Genuenses in expeditione contra Vercellenses, 1225.**
 & Alexandrinos, sed in auxilio Astensum, in qua expeditione Genuenses habuerunt mille equites Cataphractos, ex Ogerio Pane Cancellario, & in M. S. D. Iulij Pallauicini fol. 282. Iustiniانو lib 3. & Folietā lib 3. malè admodum merito de familia Scortia, cum ubique eius nomen suppresserit sub communi nomine Comitum Lauania, quod alij scriptores non fecerunt.
- Comites Lauania iuuarunt Genuenses contra Sauonenses. Annales antiqui 1227.**
 M. S. in bibliotheca D. Iulij Pallauicini fol. 192.
- Federicus Secundus Imperator confirmauit Grauina mense Iulio Priuilegium Federici Primi. 1127.**
 Habetur registratum in actis Petri de Sanguinero anno 1319. die 16. Iulij, & in libro Priuilegiorum familiae Scortiae in principio, & Rauaschieriorum D. Io. Baptista fol. 3. Fliscorum apud D. Simbal. Auriam fol. 113. 114. & ibidem dicitur registratum per Guglielmum Caligepalij, & anno 1440. die 30. Iulij dicitur extractum, ex Registro veteri Communis Genae per Thomam de Credentia Priuilegiorum custodem. Secundum Priuilegium Federici II. Imper. erga Comites Lauania.
- Habetur mentio Stephani Scortiae quon. Rubaldi in actis Bonuassalli Cassinensis in A. N. 1239.**
- Innocentius III. antea Singebaldus Fliscus ex Comitibus Lauania, cum 1243.**
 creatus esset Summus Pontifex anno 1243. (quicquid Corius senserit) sedit in Cathedra Petri, usque ad annum 1254. coegit anno 1244. Concilium Lugdunense contra Federicum Secundum eumque excommunicauit, & Imperio Regnoque Siciliae priuauit, ut videre est de sentent. & re iud. in 6. scripsit in Decretales Sommarum Pontificum, & in summa temporum iniquitate praeclare Remp. Christianam administrauit eius vitam praeter S. Antoninum, Platinam, cui Panuinus adnotationes adiecit. Blundum, Pium Secundum, & alios antiquiores scripsit Paulus Pansa, omitto quam Io. de Plouotaccio Innocentij operibus praemissit, cum in multis genealogia posita ibidem mendosa sit. Ex multis, quos ad Cardinalem euexit fuit Guglielmus nepos ex Opizone fratre anno 1244. in Concilium Lugdunen. ex Panuino, & anno 1251. Perusia. Ottobonus nepos ex fratre Tbediso, qui deinde anno 1276. Summus Pontifex factus dicitur est Hadrianus Quintus, sed ex humanis citò sublatus est; Cardinales autem, & alios prelatos Comitum Lauaniae post Innocentium recenset Pansa in cathalogo prelatorum Genuensium post vitam Hadriani V.

Inno-

Innocentij tempore scripta est genealogia M. S. Domini Iulij Pasquæ; cum ibi dicatur Vgo de Flisco genuit Albertum Thedisum, OpiZonem, Ruffinum Abbatem Sancti Frutuosi, Rubaldum Præpositum Genue, et Singebaldum qui est Papa, et vocatur Innocentius Quartus, et deinde consequenter eum Ottobonem ponit inter filios Thedisij non recenset inter Summos Pontifices, cum nondum creatus esset, licet iam Cardinalis dicitur, quod contingit anno 1251. ex his redarguas Io. de Plouotacio, qui dicit Innocentium fuisse patre OpiZone, cum fuerit patre Vgone, et Innocent. non habuerit Vgolinum fratrem qui genuerit OpiZonem, sed fratrem habuit OpiZonem, qui genuit Vgolinum Guglielmum Cardinalem, etc. Porro prædicta monumenta Domini Iulij Pasquæ quorundum nomina non exprimunt. satis habens auctor dicere, tot fratres, aut filios fuisse, unde in his inuestigandis diu fuit elaborandum, ut ex alijs omnium nomina exprimeremus in Genealogia Scortie familie.

1244. Dum Innocentius Genue degeret iter facturum in Galliam iussit edificari in Comitatu Lauania Ecclesiam Sancti Saluatoris, Ecclesiam, et Pontem S. Marie Magdalene, cum hospitali S. Lazari, ut etiam Pansa testatur. Eandem Ecclesiam Sancti Saluatoris, cum suo Præpositio, et Canonicis subiecit immediatè Sedi Apostolice, Bulla data Perusia 1252. reseruatò Iurepatronatu Alb. Thedisio Fliscis, et successoribus. In libro Fliscorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 86. In itinere cum in Sabaudiam venisset Innocentius dedit Beatricem filiam Thedisij fratris in matrimonium Thomæ Comiti Sabaudie datis pro dote Castris Riuoli, Viane, et Valle Susiana ex Pansa.

1245. Habetur mentio Bonifacij Scortie quon. Angellerij non tantum in genealogia M. S. D. Iulij Pasquæ, et Arbore, sed etiam hoc anno in actis in citatò Arch. Notar.

1248. Iacobus Fliscus Innocentij nepos creatus est à Ludouico IX. Gallie Rege Magnus Gallie Marefcalius, eumque sequutus est in expeditione terra Sanctæ, ut notauit Pansa.

1249. Vilielmus Romanorum Rex 6. Nonas Octobris Confluentiæ concessit OpiZoni, Alberto, Iacobo, Thedisio, Nicolao Comitibus Lauania, eorumque heredibus in perpetuum immunitatem ab omnibus seruitijs, et collectis Regis, vel Cesaris, et Ciuitatem realibus, personalibus, exercitibus caual-

Tertium priuilegium ad fauorem Comitum Lauania.

- caualcatis, & omnibus alijs, & ut nullus eorum trahi possit in ciuili, vel criminali negotio in iudicium nisi coram ipso, & successoribus in Regno, & Imperio, & ut eorum vassalli in ciuili, vel criminali, negotio in iudicium trahi non possint, nisi coram ipsis Comitibus. Transumptum est in actis Petri de Sanguineto 1319. die 19 Iulij, & habetur in Priuilegijs familie Scortie fol. 4. & Rauaschieriorum D. Io. Baptiste fol. 4. 5. Fliscorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 114.
- Innocentius II** in mense Iunio peculiari Bulla, quæ habetur registrata in Archiuo Sereniss. Reipub. in anno 1267. die 6. Augusti exempt à gabellis in Marca Anconitana, Patrimonio, & Tuscia Genuenses. Roccatag. tom. 1. fol. 352. & 410. 1250.
- Vixit eodem tempore Innocentij Guercius pater Rassi, Opizonis Doctoris,** &c. ut patebit in anno 1307. 1317. 1318. eumq; genuisse oportet Rassium circa annum 1270. vel 1280. cum Rassus anno 1307. iam contractus coram notario celebraret, non autem multo ante, cum saltem ad annum 1342. peruenerit Rassus, ut patet ex contractu venditionis eo anno factæ, cuius instrumentum adseruatur à descendantibus. Obijt Guercius ante annum 1307. cum Rassus tunc dicatur quon. Guercij. 1252.
- Cardinalis Guglielmus Fliscus in memoriam B. Clare, quam cum Innoc. in morte inuiserat iussit edificari in Comitatu Lauaniae monasterium S. Eustachij regulæ S. Clare ex Pansa.** 1253.
- Obijt Cardinalis Guglielmus Fliscus tit. S. Eustachij nepos Innocentij,** & sepultus est Romæ in S. Laurentio extra muros adhuc legitur epitaphium. 1255.
- Habetur mentio Gerardi Scortie uiuentis in actis Angelini Sigestri A. N. cre-** 1260.
diderim fuisse eum qui fuit pater Scortij, & Mussi in M. S. genealogia, &c.
- Missus est ab Urbano III. Cardinalis Ottobonus in Angliam ad sedan-** 1262.
dos rumores inter subditos, & Regem, cum ipse esset Angliæ Comendatarius, resq; feliciter composuit Pansa.
- Idem Cardinalis Ottobonus dedit Iacobinam Fliscam neptem in matrimo-** 1263.
nium Opizoni Estensi nepoti Azonis Pansa.
- Grimaldinus Blancus fatetur se integrum pretium recepisse à Nicolao Flisco** 1263.
Comite Lauaniae pro sua parte Vessani die 14. Februarij. Roccatag. tom. 1. fol. 346. ex Archiuo Genuensi.
- Bonifatius Fliscus creatus est Archiepiscopus Rauennas ex Pansa.** 1274.
- Constructum, & dotatum fuit Hospitale de Sala Vglis Sigestri à Cardinale** 1275,
Ottobono Flisco, ex testamento illius in libro Fliscorum apud D. Sinibal. Auriam fol. 59.

Rome

1276. Romæ facta est pax die 18. Iunij inter Commune Genuæ missis ab eo Oratoribus Guidone Spinula, Babilano Auria, Lanfranco Pignatario, et Io. Vgolino, et inter Fliscos, Grimaldos, Malocellos, Ventos, et ceteros adherentes, in qua constitutus est Innocentius V. iudex diffensionum, qui inter cetera dicit. Conuentiones, & pacta Comitum Lauania, quæ in Registro Communis Genuæ continentur eisdem Comitibus per dictum Commune seruanda in integrum, & contrafacientes incursum ipsos in pœnam excommunicationis toties quoties contrafecerint. Est Romæ in actis Bartholomei de Regio, et transumptum Genuæ in A. N. in actis Andreoli Rubei 1318. die 23. Iunij registratum per Baptistam de Calisano, et Iacobum Bonuinum 1447. et habetur in priuilegijs Rauaschbieriorum fol. 10. et meminit Iustinianus in anno 1276. et Iacobus Maystratus in Archiuo S. Georgij sub cura Sindici Comperarum S. Georgij.
1276. Ottobonus Cardinalis Fliscus creatus est Pontifex, et dictus Hadrianus V. cumq; Viterbum profectus esset die 40. obiit, et sepultus in Ecclesia Minorum cum hoc epitaphio. Hic requiescit corpus S. memoriæ Hadriani Papæ V. qui prius vocatus est Ottobonus de Flisco de Ianua tit. S. Hadriani Diaconus Cardinalis. Huius meminit etiam Dantes in Purg. cap. 19. dum ait.
- ,, Vn mese, ò poco più prouai io come
,, Pesa il gran manto à chi dal fango'l guarda.
- Opitius eius nepos creatus est Patriarca Antiochenus, et deinde anno 1289. Archiepiscopus Genuensis; Princiualis autem Hadriani frater à Rodulpho Imperatore creatus est Vicarius Generalis Imperij in Italia. ex Pansa.
1276. Nicolaus Fliscus Comes Lauania die 24. Nouembris vendidit Reip. loca quæ habebat à Petra Colice, usque Sarzanam, et à Guano, usq; ad mare pretio declarando per Simonem Grillum, Lanfrancum de S. Romulo, et Pasqualinum de Albario, qui deinde die 24. declararunt pretium lib. 25000. Roccatagl. tom. 1. fol. 364.
1277. Vixit Henricus Scortia, et Bartholomeus Scortia, ut constat ex actis Davidis de S. Ambrosio A. N.
1279. Excommunicati sunt potestas, Capitaneus, et Offitiales Genuenses accensis candelis, et pulsatis campanis Placentiæ à Reuerendis. Rodulpho Foroliuensi Episcopo delegato Apostolico, cui id Nicolaus III. literis datis Viterbij anno primo sui Pontificatus idib. Augusti, qui extat in Codice D. Io.

- D. Io. Baptista Rauaschierij fol. 13. & Flischorum D. Sinibaldi de Auria fol. 1121. quia non obseruassent contentiones Comitibus Lauania, ut sub Innocent. V. transactum fuerat, in actis Guidonis de Odone de Bobio, registratum per Leonardum de Garibaldo Notarium Curie Archiepiscopalis Genuensis 1447. 20. Iulij, & habetur in Priuilegijs Rauaschieriorum fol. 24. 26. 27 28. 50. 51. & in codice Io. Baptista Rauaschierij fol. 14. & sequent. & D. Sinibal. de Auria fol. 144. & Registratum per Iacobum Bonuinum, & per Baptistam de Calistano.*
- Facta est appellatio à dicta sententia, sed nihilominus confirmata est à Summo Pontefice anno 1280. registrata per predictos, & habetur in Priuilegijs Rauaschieriorum fol. 52. Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 150.* 1279.
- Rodulphus Romanorum Rex ad preces Nicolai, & Iacobi Comitum Lauania confirmauit Priuilegium Federici I. & Federici II. illud ad verbum inserens. Datum Vienna 1280. Idib. Iulij, & habetur in Priuilegijs familia Scortie fol. 2. 3. Rauaschieriorum fol. 10. D. Io. Baptista Rauaschierij fol. 6 & meminit Iacobus Maystratus in Archiuo S. Georgij sub cura Sindici Comperarum.* 1280. Quartum Priuilegium obtentum per Comites Lauania à Rodulpho Rege Romanorum.
- Viuebat Rodulphus Scortia, ut patet ex actis Guglielmi Odergerij. A. N. 1288.*
- Gilius Scortia cum tamquam Guelfus Parma eiectus fuisset à Gilberto de Corrigio partes Imperatoris contra Summum Ponteficem tuente suffultus auxilio Azonis Estensis Marchionis Ferraria expugnauit cum socijs Castrum Soragna, quod Gilberti partes sequebatur. Bonauentura de Angelis lib. 2. historie Parmensis. Porro Gilij nomen non tantum in Scortia, sed etiam in alijs familijs reperiri constat ex Io. Baptista Pigna in historia Estensi, Gerbrardo in Chronico anno 1311. &c.* 1305.
- D. Lappus Bisius die 26. Maij occasione tolte frumenti, & introitus carnis, & casei declarat sententia lata ad instantiam Princiualis de Flisco, & Lauagnini Rauaschierij nomine proprio, & aliorum Comitum Lauania eos esse immunes, in actis Ianuarij Monleonis, & transumptum per Andreolum Rubeum 1324. die 19. Ianuarij. Habetur in libro Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 119. & habetur insertum in priuilegio familie Scortie in sententia Bonifatij Farræ, & Rauaschieriorum fol. 28. D. Io. Baptista Rauaschierij fol. 16. 17. licet codices Rauaschieriorum loco Bisij habeant de Bonfilijs, quamquam ibidem in sententia Bonifatij Farræ Bisius etiam habeatur.* 1306.
- Extat mentio Rassi, seu Raffeti Scortie quon. Guercij in actis Notarij incongniti A. N. Cardinalis* 1307.

1311. *Cardinalis Lucas Fliscus Romæ coronauit Henricum VI. Imperatorem, quem VII. alij appellant, uti legatus Clementis V. in Italia; ut notauit etiam Pansa.*
1313. *Orlandus Scortia Dominus Paterni in dictione Parmensi vi Parmā ieiect Gilbertum de Corrigio, qui urbi dominabatur, adiutus tamen ab Orlando Rubeo, & alijs guelfis. Bonauentura de Angelis in epistola ad Troilum Rubicum Marchionem S. Secundi, quæ habetur ante librum 4. historia Parmensis eiusdem. Illud enim certum est Comites Lauaniæ in dictione Parmensi, & Placentina multa feuda habuisse; nam v.g. Thealdus Comes Lauaniæ iurauit fidelitatem Placentinis pro feudo Valdetarij anno 1188. ut constat ex origine Placentiæ cap. 58. Vgo Fliscus præter Valdetarium, habuit etiam Vigolonum ex Pansa, item Opizo, & Armanus Comites Lauaniæ Tersognum, & Alberetum cum illa Placentinis cesserint anno 1202. ex dicta historia originis Placentiæ, & nunc etiam ibidem Flisci Calistānum obtinent.*
1313. *Orlandus Scortia Castri Paterni Dominus, & Iacobus Cornasanus Dominus Medesani, & alij socij in fauorem Rubeorum ceperunt Castrum Bar gonem, Torchiarum, & Burgum S. Domini Bonauentura de Angelis libro secundo historiae Parmensis.*
1313. *Henricus VII. Imperator II. idus Iulij Pisis confirmauit priuilegia ab Imperatoribus Romanis ipsi concessa, nec non conuentiones, & pacta Comitum cum Commune Genue, & reliquas Communitates inita, prout rationabiliter, & iuste indulta sunt, & conuentiones à partibus acceptatæ. Transumptum per Petrum de Sanguineto 1319. 7. Augusti, & habetur in priuilegijs familie Scortie fol. 5. & Rauaschieriorum fol. 12. D. Io. Baptista Rauaschierij fol. 7. D. Sinibaldi de Auria fol. 200. & meminit Iacobus Maystratus in Archiuo S. Georgij citato.*
1317. *Floruit D. Conradus Scortia (sive ut habet M. S. in Archiuo S. Georgij Contardus Scortia) Comes Lauaniæ, qui cum D. Nicolao Cardinali de Lauania, D. Ioannetino etiam Cardinali de Lauania, et Gerardo Penello itidem Comite de Lauania, et alijs testis fuit immunitatum D. Manueltis de Rubeis de Cucurno, ex Roccatag. tom. 1. fol. 423. et libro Priuilegiorum DD. de Cucurno, et Archiuo citato, et habetur de eo mentio in epitome genealogiæ Comitum Lauaniæ descendentium Tbedisij, (neque enim completa est, ut patet) in libro priuilegiorum familie Scortie, Rauaschieriorum, et Fliscorum ubi ponitur pater Angelerij, Scortij, Guglielmi, et Musi. Ex his etiam colligimus Dominos de Cucurno esse familie Rubeorum,*

Quantum Priuilegium factum Comitibus Lauaniæ ab Henrico VII. Imperatore.

rum, ut etiam constat ex priuilegio Ludouici III. dato DD. de Cucurno anno 1318. in libro priuilegiorum Dominorum de Cucurno habitantium Sigeftri.

- Monasterium S. Leonardi Genue constructum, & edificatum fuit à D. 1317.*
Leonardo Flisco Episcopo Catanensi, cum conditione, ut tenerentur Moniales gratis recipere, & tenere duodecim moniales de Flisco legitimas, eisque necessaria ad vitum, & vestitum præbere, in actis Gandulphi Thedisi de Roboreto, in libro Flischorum D. Sinibaldi de Auria fol. 89. &c. sed anno 1365. numerus ad sex tantum redactus est, in actis Felicis de Garibaldo ibid. fol 97.
- Reperitur mentio Barnabe, & Abraham fratrum D. Picheti Scortia, in 1317.*
actis Pasqualis Montis Rubei A. N.
- Item Paulini Scortia filij Picheti in dictis actis. 1317.*
- Floruit Doctor Opizo Scortia quon. Guercij, in actis Pasqualis Montis rubei 1317. A. N. & in actis Io. Galli 1318. A. N. 1318.*
- Bonifatius de Farra Vicarius Regia Maiestatis (Roberti scilicet Neapolis 1319.*
Regis, ex Stella lib. 1. & 2. in anno 1318. in bibliotheca D. Iulij Pallauicini, & Iustiniiano libro 3.) in Ciuitate Ianuæ, causa cognita declarat omnes Comites de Lauania, & successores à tempore priuilegiorum concessorum à Summis Pontificibus, & Imperatoribus, & conuentionum initarum cum Commune Genue, esse immunes ab omni datio, collecta, tolta & præstatione Communis Genue, & ab omni auaria reali, vel personali, mixta ordinaria, extraordinaria, angaria, perangaria quocunq; nomine censeatur, & cuiuscunq; conditionis die 20. Iulij. Transumptum per Andreolum Rubeum 1324. 20. Ianuarij, & habetur in lib. priuilegiorum familie Scortia fol. 7. Raufsbieriorum fol. 31. D. Io. Baptiste Raufsbierij fol. 18. 19. & Flischorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 127.
- D. Beccaria de Beccarijs Potestas Genue declarat Comites Lauaniae immunes ab exactionibus omnibus angarijs, &c. Dicitq; Summum Pontificem esse Iudicem, in actis Iacobi Durantis, & habetur in lib. priuilegiorum Raufsbieriorum fol. 35. & lib. Flischorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 122. 1336.*
- Ecclesia Inuilata dotata fuit à D. Luca de Flisco Diacono Cardinali S. Hadriani pro uno Decano, duodecim Canonicis, quatuor Capellanis, & duobus Clericis, cum Iure patronatus eiusdem, qui pro tempore Patronus esset Trigaudij, seu Trigozj. ex testamento eiusdem in libro Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 65. 1337.*
- Mandato D. Vicarij Cap. Communis, & populi Genuensis absolutus est Petrus 1338.*

E

trus

- trus Blancus à cotumo nouo imposto ob conuentiones Comitum Lauaniae, cum Commune Genuensi. In actis Ioannis de Solania de Monelia die 5. Iunij, & habetur in Priuilegijs Rauaschieriorum fol. 34.
1340. Extat mentio Henrici Scortiae quon. Pauli, in actis Stephani Spignonis in A. N. Reperitur eodem anno mentio Henricheti, (qui facile idem est) Scortiae de Vultabio Sindici pro Vultabio Genuae, in actis
. in bibliotheca DD. Federici de Federicis, & Iulij Pasquae Patritiorum Genuensium.
1340. Similiter habetur mentio Bartholomei, & Ioannis quon. Guglielmi Scortiae, in actis Benuenuti Bracellis in A. N.
1341. Sicut etiam anno 1341. mentio fit. Henrici quon. Petri Scortiae, in actis Notarij incogniti in A. N. sed horum genealogia nobis incomperta.
1342. Raffus Scortia adhuc hoc anno uiuebat, ut testis est instrumentum venditionis eo anno factum, quod extat apud descendentes. Habetur mentio eiusdem iam antea defuncti in institutione Capellae Iuris patronatus Damiani Scortiae quon. Galtatij in anno 1474. in actis Andreae de Carro. Illud etiam notauerim Raffi nomen eo tempore usitatum fuisse pro Raffeto, seu Raphaele, (idem enim nomen est) & reperi etiam Raffi nomen in priuilegio Ludouici III. dato Pisis, facto D. Manueli, & Raffo fratri DD. de Cucurno anno 1328. in libro Hieronymi quon. Bartholomei de Cucurno habitantis Sigestrj, Itemq; in mandato procuratorio Ducis, Concilij, & Communis Venetiarum ad petendum à Summo Pontifice Clemente V. ab solutionem ab excommunicatione in censuris contra eos prolati facta anno 1310. in Raffi gratiam Raphaelis nomen in descendentibus repetitum.
1353. Consules Cabellarum die 5. Nouembris declararunt Ardoynum ex Comitibus Lauaniae immunem à cabella Ripae venditionis locorum 53. Comperarum S. Georgij in actis Benedicti Arnoldi, & habetur in priuilegijs Rauaschieriorum fol. 38.
1357. Costarellus Scortia, Conradus, & Antonius eius filij uti Lauaniae Comites eo anno in Fliscos cooptati sunt. Antiqua monumenta apud D. Federicum de Federicis.
1361. Dominus Papinianus de Flisco Canonicus Genuensis instituit Bononiae Collegium pro sex Scolaribus, ut constat ex testamento eiusdem in libro Flischorum apud D. Simbaldum de Auria fol. 77.
1365. Habetur mentio Barnabae quon. Picheti Scortiae, & Manuelis filij Barnabae, in actis Meliaducis Fauali in A. N.
1366. Item Lancelloti quon. Pauli Scortiae, in actis Raphaelis Benuenuti in A. N.

Vgolinus

- Vgolinus Scortia uti Nobilis Genuensis adest in Consilio publico Genuæ, ex monumentis D. Federici de Federicis, & Roccatag. tom. 1. fol. 498. ex Archiuo Reip.* 1368.
- Extat mentio Martini Scortie, in actis Ambrosij Franconi in A. N.* 1369.
- Carolus II II. dum Lucae esset Kal. Iunij concessit priuilegium Andreæ Antonio, Luchino, Vincentio, Brancalonio, & Loffredo de Fliscis, & Bartholomeo, & Nicolao de Casanoua, quo eos Comites S. Palatij Lateranensis creauit, cum omnibus honoribus, dignitatibus, iurisdictionibus, iuribus, priuilegijs, gratijs, offitijs libertatibus, utilitatibus, quas ceteri Romani Imperij Comites Palatini obtinere, & habere noscuntur: ita ut ipsi, & heredes masculi possint in perpetuum legitimare, creare tabelliones, mone- tam cudere, & non possint trahi in iustitiam in ciuili, vel criminali negotio, nisi coram Romanis Regibus, sive Imperatoribus, & sint immunes in perpetuum ab omnibus auarijs, seruitijs, & collectis, regijs, imperialibus, & Ciuitatum, &c. Habetur insertum in Priuilegio Maximiliani II. de quo in anno 1569. & extat in libro priuilegiorum familie Scortie, & libro Fliscorum apud Sinibaldum de Auria fol. 106.* 1369.
- Consules Gabellarum introitus Communis Genuæ declarant immunem, tanquam ex Comitibus Lauaniae Hadrianum Scortiam filium Lancilloti de Vultabio in priuilegijs familie Scortie fol. 11. & 12. eorundem habetur mentio in actis Andreoli Cayti eiusdem anni 1372. A. N.* 1372.
- Consules predicti declarant immunem tanquam ex Comitibus Lauaniae eundem Lancillotum Scortiam à gabella casei die 19. Ianuarij, in actis Antonij Lodisij de Andora, & die 3. Martij à Gabella olei, in actis Antonij de Fontanegio, & habetur in priuilegijs familie Scortie fol. 12. & Ra- uaschierorum fol. 45. & Fliscorum apud D. Sinib. de Auria fol. 178.* 1373.
- Consules predicti die 9. Aprilis declarant immunem tanquam ex Comitibus Lauaniae Cataneum Scortiam à cabella olei, & casei. Habetur in priuilegijs familie Scortie fol. 12. Eiusdem, & Luciani patris habetur mentio in actis Andreoli Cayti hoc eodem anno in A. N.* 1373.
- Nicolaus Scortia Eques, & Commödator Hierosolymitanus Auenione com- ponit res Equitum Hierosolymitanorum. Habetur in 2. parte historie Equitum Hierosolymitanorum.* 1373.
- Gerardus Scortia quon. Francisci die 23. Februarij declaratur immunis à Consulibus Callegarum uti Lauaniae Comes in actis Antonij de Fontane- gio, & habetur in priuilegijs familie Scortie fol. 11. & in libro Fliscorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 178. . . .* 1374.

E 2

Habetur

Sextum Priuilegium Caroli III. Imperat. habitum à Comitibus Lauaniae.

1374. Habetur mentio Lucbini, & Marci quon. Francisci Scortia, in actis Ioannis Maystratij A. N.
1378. Dux, & Commune Genuæ die 23. Septembris concordiam fecerunt cum Fliscis, & cæteris Lauania Comitibus, eosque declarant immunes à gabellis. Habetur in priuilegijs familie Scortia fol. 21. & meminit Iacobus Maystratius fol. 157. in Archiuo S. Georgij sub cura Syndici comperarum.
1379. Extat mentio Bartholomei Scortia quon. Raffi, in actis Barnabi Montaldi de Gauio die ultimo Ianuarij, fecit autem testamentum anno 1412. die 28. Iunij, in actis Lucbesij Grilli.
1380. Omnes & singuli de Flisco, & Comites Lauania referuntur immunes ab omni datia, exactione, atque introitu pro usu eorum, & familiarum iuxta formam compositionis factæ inter partes. In libro emendationum introitum Communis Genuensis mense Ianuario, & reperitur particula extracta per Bonauenturam Notarium Genuensem.
1383. Habetur mentio Ioannis, & Marci quon. Francisci Scortia, in actis Io. Maystratij A. N.
1383. Die 12. Decembris Flisci, Casanoua, Rauascherij, Penelli, Sicci, Scortia, & Albi de Flisco Comites, Lauania recensentur à Ministris Sancti Georgij inter immunes. In actis Ioannis Maystratij A. N. videndus annus 1608.
1385. Offitium, & Magistratus octo Officialium declarant Quilicum Scortiam quon. Antonij Comitem Lauania & omnes eius filios, & descendentes immunes ab omni gabella die ultimo Octobris, in actis Iacobi Maystratij folio 209. in Archiuo Sancti Georgij, sub cura Syndici Comperarum.
1385. Eodem anno 1385. die 23. Ianuarij, & die 7. Februarij, & die 3. Iulij Flisci declarantur item immunes à gabellis, sic etiam die 28. Aprilis Iacobus Blancus Lauania Comes, Roccatagl. tom. 1. fol. 546. Idem fit die 7. Octobris nomine Io. Raymundi, & Antonij de Fliscis, Thome Rauascherij, quorundam de Casanoua, aliorumque Comitum Lauania, ibidemque agitur de conuentione facta anno 1166. cum Communi, per quam ei dederunt Lauaniam, Segestrum, Riuarolum, Roccatag. tom. 1. fol. 547. ex Archiuo Reipublicæ.
1386. Reperitur mentio Io. q. Bartholomei Scortia, in actis Antonij Folietæ A. N.
1386. Item mentio Ioannis Scortia quon. Henrici, in Cartulario comperarum Sancti Georgij P. N. & P. fol. 168.

Simili-

- Simpliciter Hadriani Scortie, in cartulario comperarum S. Georgij in anno** 1395. 1397. 1402. 1395.
- Necnon Gallefij quon. Lancillotti Scortie, & Hadriani eius filij, Lucbini, 1396.**
Simonis, & Iuliani fratrumque Marci Scortie, in actis Bianchi Bagnerie in A. N. Reperitur idem Galexius particeps comperarum S. Georgij anno 1411. in Cartul. B. Sancti Georgij fol. 43.
- Manuel Scortia interest Consilio publico Genuensi, ex monumentis biblio-** 1398.
thecarum D. Federici de Federicis, & D. Iulij Pallauicini.
- Eiusdem Manuelis, & Hadriani Scortie habetur mentio anno 1400. in** 1400.
Cartul. De probatis in S. Georgio.
- Habetur mentio Nazarij Scortie quon. Bartholomei in actis Andreoli Cay-** 1401.
ti in A. N.
- Item Hadriani Scortie, Galexij, & Federici fratrum, in actis Io. Pineti** 1401.
in A. N.
- Antonij Scortij quon. Antonij, in actis Io. Pineti A. N. & in actis Ia-** 1405.
cobi Camuli anni 1414. A. N. & in Cartulario B. S. Georgij anni
1411. fol. 249.
- Antonij Scortie quon. Cypriani, in actis Andreoli Rubei A. N.** 1405.
Nazarius Scortia adest Genue in Consilio publico, ex antiquis monumentis 1406.
bibliothecae D. Federici de Federicis, & D. Iulij Pallauicini.
- Extat mentio Pauli Scortie quon. Io. in actis Andreoli Cayti A. N. Item** 1407.
Baptiste Scortie quon. Antonij ibidem, & Galexij Scortie ibidem.
- Lazarus Scortia de Vultabio particeps comperarum S. Georgij, in Cartulario** 1407.
S. Georgij.
- Habetur mentio Antonij Scortie, Aronis Scortie quon. Hadriani, Galleatij** 1408.
Scortie quon. Lancillotti, & Io. Scortie quon. Henrici, in Cartul. S. Geor-
gij uti participantium.
- Iacobi Scortie quon. Quilici, in actis Blasij Foglietae, sicut etiam anno 1420.** 1409.
in actis Petri Foglietae.
- Item Io. Scortie quon. Io. uti particeps Comperarum in cartulario B. in S.** 1409.
Georgio fol. 486.
- Sic etiam Kollerij Scortie quon. Cypriani, in actis Bartholomei Gati, &** 1411.
1419. in actis Io. Pineti A. N.
- Gasparis Scortie quon. Dominici, in actis Io. Pineti A. N.** 1412.
- Nicolaus Scortia filius Bartholomei, & Nazarius frater testamento heredes** 1412.
instituti ab eodem Bartholomeo, in actis Lucbesij Grilli die 25. Iunij.
- Eiusdem Nazarij quon. Bartholomei habetur mentio, in actis Bartholo-**
mei Gati A. N.

1418. Antonij Scortie quon. Thome, & Nicolai fratris habetur mentio, in actis Iuliani Canella in A. N.
1421. Item Georgij Scortie quon. Io. in dictis actis Iuliani Canella in A. N.
1429. Raphaelis Scortie quon. Nazarij, in actis Garimberij A. N. & anno 1444. in actis Vincentij Scortie, sicut etiam Gregorij, & Pauli Scortie in anno 1421. in actis Io. Pineti in A. N.
1432. Luca Scortie quon. Antonij, in actis Laurentij Villa A. N.
1433. Lauagnini Scortie quon. Gasparis, in actis Iacobi Bonuini in A. N.
1435. Lancillotti Scortie quon. Federici, in actis Vincentij Scortie.
1435. Baldasaris Scortie quon. Marci, & Hadriani Scortie quon. Galixij, in actis Iacobi Maioli, in A. N.
1437. Ioannis Scortie quon. Ioannis, nepotis scilicet Henrici, de quo in anno 1386. mentio habetur, uti instituti heredis pro quarta parte in Cartulario mutuum veterum S. Georgij fol. 336. vide etiam annum 1411.
1437. Consules gabellarum Communis Genuensis die 18. Nouembris declarant Theodoram, & Germanum, & Bartholomeum eius filios de Rauaschierijs immunes tamquam ex Comitibus Lauanie à datio dotis, in actis Antonioti de Ferrarijs, & in priuilegijs familie Scortie fol. 16. & Rauaschieriorum fol. 42. Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 134.
1438. Decretum factum est 1438. die 9. Maij à Republica pro Hadriano Scortie ad habitandum Genue. Monumenta D. Iulij Pallauicini.
1439. Benedictus Rauaschierius 23. Nouembris declaratur immunis à gabella mercium pro usu suo, in actis Lodisij de Cuneo, & in priuilegijs familie Scortie fol. 16. & Rauaschieriorum fol. 42. Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 139.
1440. Io. Andreas de Ponsonibus tamquam de Fliscis declaratur die 9. Augusti immunis, in actis Lodisij de Cuneo, & in priuilegijs familie Scortie fol. 18. & Rauaschieriorum fol. 43. Flischorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 139.
- Similiter die 2. Decembris Baptista, & Mattheus de Flisco, in actis eiusdem Lodisij, Priuilegia familie Scortie fol. 19. & Rauaschieriorum fol. 43. Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 171.
1440. D. Manfredus Rauaschierius die 20. Octobris absoluitur tamquam ex Comitibus Lauanie à Consulibus Callegarum à gabella grani, & blade, in libro Flischorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 136.
1440. Gregorij Scortie quon. Galixij habetur mentio, in actis Christophori Rappalli in A. N.

Factum

- Factum est decretum die 20. Martij in fauorem Lauagnini Scortiae de Vultabio de habitando Genuae. Monumenta D. Iulij Pallauicini.* 1442.
- Habetur mentio Baptistae quon. Dominici Scortiae, in actis Laurentij Villa, in A. N. 1443.* 1443.
- Consules gabellarum die 7. Ianuarij declarant tanquam ex Comitibus Lauaniae immunem Baldasarem Scortiamque Marci, pro telis emptis pro usu suo, in actis Lodixij de Cuneo, & Priuilegijs familiae Scortiae fol. 27. & Rauaschbieriorum fol. 45. & libro Flischorum apud D. Sinibal. de Auria fol. 185.* 1444.
- Habetur mentio Lanfranchi, & Federici quon. Lancilloti Scortiae, in actis Bianchi Bagnerrae, in A. N. eiusdem etiam Federici habetur mentio 1483. in actis Io. Brignole in A. N. & Lanfranchi, in actis eiusdem Io. Brignole 1446. in A. N.* 1444.
- Item Pauli Scortiae quon. Georgij, in actis Oberti Foglietae in A. N. & 1473. in actis Nicolai Ragij in A. N.* 1444.
- Bartholomei, & Io. quon. Lauagnini Scortiae in actis Oberti Foglietae, eiusdem Bartholomei in actis Laurentij Costae 1476.* 1444.
- Io. Andreae, & Baptistae quon. Federici Scortiae eodem anno 1444. in actis Christophori Rapelli, in A. N.* 1444.
- Item eiusdem Io. Andreae, in actis Laurentij Villa anno 1443. 1448. in A. N. & in actis Iuliani Grilli 1447.*
- Hadriani Scortiae quon. Dominici, in actis Io. Bocchi in A. N.* 1446.
- Marcus de Francbis arbiter inter Hadrianum Scortiam de Vultabio quon. Galixij, & Collectores gabellarum declarat Hadrianum immunem, tanquam ex Comitibus Lauaniae die 28. Octobris, in actis Dominici de Villa, & in priuilegijs familiae Scortiae fol. 29. Flischorum apud D. Sinibaldum Auriam fol. 185.* 1446.
- Porrò si circa eadem tempora Resp. reiecit supplicationem multorum familiae Scortiae de Vultabio petentium immunitatem, ut dicit Roccatagliata; postea tamen re diligentius considerata, & probata non reiecerunt, sed immunes tanquam ex Comitibus Lauaniae eos declararunt, ut constabit ex his, qui postea immunitatem obtinuerunt.*
- Scortiae de Vultabio, qui die 17. Augusti huius anni 1447. (seu ut habet in suis annalibus D. Iulius Pallauicinus 1446.) praestiterunt iuramentum fidelitatis, (nam paulo ante excusserat iugum Ducis Mediolani) Seremifs. Reip. Genuensis fuerunt Dominicus Scortia, Damianus, Lanfrancus, Federicus, Lauagninus, Gabriel, Hadrianus, Raphael, Petrus quon. Antonij, Simon,* 1447.

Simon, Antonius quon. Nicolai, D. Albertus, Georgius, Paulus, Bartholomeus, Thomas, Henricus Franciscinus, Antonius filius Lauagnini, Hadrianus quon, Augustini, & Nicolaus quon. Gasparini. extat instrumentum in libro instrumentorum Sereniss. Reip. in pergameno in cartis 247. receptum per Spinellum de Constantibus.

1447. Extat mentio Federici Scortie quon. Lancilloti, in actis Pauli Scortie, & eius fratris Lanfranchi quon. Lancilloti, in actis Iuliani Grilli.
1447. Io. Andrea, & Antonij fratrum quon. Federici Scortie, in actis eiusdem Iuliani Grilli.
- Io Scortie quon. Lauagnini, in actis Ioannis Logie in A. N. & in actis Nicolai Garimberij 1452. in A. N. & in 1490. in actis Laurentij Coste, in A. N.
1448. Nicolaus V. edidit Bullam in fauorem Fliscorum, ut eis seruarentur immunitates, habetur in priuilegijs Fliscorum apud D. Sinibaldum Auriam fol. 156, ubi etiam habentur alie eiusdem, & Calisti III. ibidem habetur Bulla Ioannis XXIII. quia anno 4. sui Pontificatus concedit Fliscis burgum Vallis Tarri in feudum.
1449. Habetur mentio Francisci Scortie quon. Lancilloti, in actis Andre Cayti, in A. N.
1450. Sicuti etiam Caroli Scortie quon. Galeatij, Gabrielis, & Damiani fratrum eius, in actis Georgini Scortie die 26. Martij 1450. eiusdem Damiani, & Vincentij quon. Gabrielis Scortie habetur mentio in institutione Cappelle Vultabij, cum iure patronatus Damiani Scortie in anno 1474.
1450. Offitium monete die 27. Martij 1450. declarant Baldasarem Scortiam, tamquam ex Comitibus Lauaniae immunem in actis Philippi de Bonauer, & confirmatur à Duce, & Antianis die 7. Maij in actis Ambrosij Senaregæ, & in Priuilegijs familie Scortie fol. 30. & 31. & in libro Fliscorum apud D. Sinibaldum de Auria fol. 186.
1451. Extat mentio Octauiani Scortie quon. Nicolai die 17. Iunij 1451. in actis Gasparis Scagliosi, item eius fratris Bartholomei quon. Nicolai ibidem, & in actis Laurentij Coste 1485. A. N. ubi insignitur titulo ex Comitibus Lauaniae. Porrò Octauianus Nicolaum, & Zacariam genuit, huius mentio extat in actis Barnabo Raymundi 1495. die 9. Nouembris, & tres filios reliquit Octauianū, Ioānem, & Pantaleonem patrem meum, & fratrum, Zacarie, Io. Octauiani, Antonij, Io. Angeli, Hieronymi Canonici Auenionensis, & Iulij.
1452. Habetur mentio Hadriani Scortie quon. Aronis in actis Nicolai Garimberij

- berij A. N. sicut etiam Aronis q. Alterius ibidem, & vide annum 1466.
 Itemque anno 1455. Lancillotti quon. Anfreonis, in actis Ioannis Brignole in A. N. 1455.
- Et anno 1456. mentio Georgij quon. Galexij in actis Bianchi Bagnerra in A. N. & in anno 1440. in actis Christophori Rapalli A. N. eius vero filij Io. Baptiste in actis citatis Bianchi Bagnerra 1456. 1456.
- Hadriani quon. Georgij Scortie, & Petri quon. Io. fit mentio, in actis Lazari Ragij in A. N. 1459.
- Antonij Scortie quon. Quilici in libris exactionum Genue in anno 1462. 1462.
- Damiani Scortie quon. Galeatij, Antonij Scortie quon. Lancillotti, & Io. Baptiste filij Rapbaelis, in actis Lazari Ragij, in A. N. vide etiam annum 1468. 1464.
- Araonis seu Aronis, vel Alaonis quon. Alterius habetur mentio anno 1466. in actis Lazari Ragij A. N. 1466.
- Sicut etiam 1452. in actis Nicolai Garimberij in A. N.
- Stephani Scortie quon. Dominici eodem anno, in actis Ioannis Vncis A. N. Bartolomeus Scortia de Vultabio fuit Potestas Andora, ex monumentis D. Federici de Federicis. 1467.
- Thomas Scortia quon. Dominici nominatur in actis Lazari Ragij A. N. sic etiam in actis Nicolai Ragij anno 1473. A. N. 1467.
- Lazarus alias Nazarius Scortia quon. Dominici, in actis Lazari, & Nicolai Ragij A. N. sic etiam Andrea quon. Dominici in iisdem actis Lazari. 1467.
- Io. Baptiste Scortie quon. Rapbaelis extat mentio 1468. in actis Laurentij Coste A. N. & in anno 1473. in actis Ioannis Brignole A. N. vide etiam annum 1464. 1468.
- Bartolomei Scortie quon. Nicolai, de quo in anno 1451. extat etiam memoria hoc anno 1472. sicut etiam Thadei Scortie quon. Lauagnini, in actis Ioannis Brignole A. N. 1472.
- Petri Scortie quon. Oberti, in actis Nicolai Ragij A. N. 1473.
- Offitium monete die 2. & 14. Iulij declarant immunes Ioannem, & Thomam Scortiam quon. Nicolai, tamquam ex Comitibus Lauanie in actis Lodisij Breui, & Ambrosij Senarege, & habetur in priuilegijs familie Scortie, fol. 33. & 34. Flischorum apud Dominum Sinibaldum de Auria fol. 187. 1473.
- Damianus Scortia quon. Galeatij ex Comitibus Lauanie fundauit Capellam in Prepositura S. Marie de Vultabio, cum iure patronatus familie. 1474.

Scor-

Scortie, in actis Andreae de Carro, quae peruenerunt ad Augustinum de Francbis Notarium publicum, & Curiae Archiepiscopalis Genuensis Cancellarium. Ibidem fit mentio Vincentij Scortiae nepotis quon. Gabriëlis fratris Damiani, extat huius rei etiam testis lapis in dicta Capella positus eodem anno, sed nunc est ad sinistram altaris maioris existentis, ubi antea erat Ecclesiae ianua, non ad dexteram, ut in institutione dicitur.

1476. *Petri Scortiae quon. Ioannis Comitis Lauaniae fit mentio, in actis Ioannis Brignolae A. N. ibidem est mentio quon. Petri quon. Rappi, seu Rappaelis, sicut etiam 1482. in actis Laurentij Costae A. N.*
1479. *Mentio est Baptista Scortiae quon. Io. Andreae, in actis Vincentij Scortiae, & 1483. in actis Bernardi Raymundi.*
1482. *Dominici Scortiae quon. Bastiani, in actis Laurentij Costae A. N.*
1483. *Dominici Scortiae quon. Antonij, in actis Io. Brignolae A. N.*
1483. *Hieronymi Scortiae quon. Io. Andreae, in actis Vincentij Scortiae.*
1483. *Augustini Scortiae quon. Io. Andreae, in actis Bernardi Raymundi.*
1484. *Dux & Consilium Antianorum Genuae die 19. Octobris declarant immunes Io. & Bartholomeum Scortiam, tanquam ex descendantibus Comitum Lauaniae, in actis Bartholomei Senaregae, & confirmat Offitium monetae die 7. Decembris, in actis Bartholomei de Castiglione, & est in priuilegijs familiae Scortiae fol. 35 Fliscorum apud D. Sinibaldum Auriam fol. 189.*
1485. *Habetur mentio Bartholomei Scortiae quon. Nicolai, cum titulo ex Comitibus Lauaniae, in actis Laurentij Costae A. N. de quo etiam in anno 1472. & 1471. & fuit frater Octauiani attau mei.*
1488. *Viget memoria Thadei Scortiae quon. Lauagnini anno 1488. die 8. Augusti, in aede S. Francisci Vultabij ibi. Capellam instituentis, & tabula marmorea his verbis. 1488. die 8. Augusti. Haec Capella cum sepulchro fabricata fuit, & est Nobilis Thadei Scortiae quon. Lauagnini ex Comitibus Lauaniae, & vxoris eius Luchinetæ filiae Gabriëlis Scortiae, quæ primo fabricata fuit in hoc monasterio ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & Io. Baptistæ decollati, & S. Francisci; fratres autem teneantur missam vnam in cantu quacunque prima Dominica mensis celebrare, vt apparet instrumento scripto manu, B. N. Raymundi Notarij.*
1489. *Iuliani Scortiae quon. Antonij, in actis Laurentij Costae A. N. Antonij, Io. & Thadei fratrum filiorum Lauagnini Scortiae in actis Laurentij*

- Ioh. Coste*; *Io. habetur etiam mentio 1514. in actis Christophori Rollerij, & supra in anno 1444. Thadei vero etiam in anno 1472.*
- Zacaria Scortie quon. Octavianus, in actis Barnabò Raymundi die 9. Novembris, fuitque avus meus.* 1495.
- Sireti Scortie quon. Lanfranchi, in actis Barnabò Raymundi die 3. Ianuarij.* 1496.
- Francisci Scortie quon. Raphaelis, in actis Nicol. Ragij A. N.*
- Ioannis Scortie quon. Gregorij, in actis Antonij Pasturini A. N.* 1499.
- Francisci Scortie quon. Bartholomei, in actis Ant. Pasturini A. N.* 1500.
- Bartholomei Scortie quon. Lauagnini in Consilio publico Genue, in monumentis D. Federici de Federicis, vide etiam annum 1444.* 1500.
- Io. Scortie quon. Lancilloti, & Vincentij eius filij, in actis Ioannis Navis A. N.* 1503.
- Bartholomei Scortie quon. Gregorij, in actis Io. Coste A. N.* 1504.
- Hadriani Scortie quon. Hadriani, in actis Io. Coste A. N.* 1504.
- Io. Scortie quon. Federici, in actis Benedicti Facij die 20. Iulij.* 1505.
- Damiani Scortie quon. Vincentij, eiusque fratrum Nicolai Iacobi, & Io. Baptiste, in actis Antonij Pareti die 9. Augusti, qui anno 1522. 19. Decembris fundavit duas Capellas amovibiles Iurispatronatus familie Scortie, in Prepositura S. Mariae de Vultabio, in actis Christophori Pareti Notarij.* 1507.
- Vincentij Scortie quon. Iacobi, & Io. Baptiste eius fratris in actis Antonij Pareti, die 9. Augusti.* 1507.
- Obijt B. Catherina Andurna filia Iacobi de Flisco, qui pro Renato fuerat Neapoli Pro rex, ex Pansa.* 1510.
- Mathei Scortie quon. Baptiste, in actis Christophori Rollerij in A. N.* 1514.
- Io. Scortie quon. Lauagnini, eiusque filij Petri Baptiste, in actis Christophori Rollerij A. N.* 1514.
- Laurentij Scortie quon. Gasparis, in actis Antonij Pasturini in A. N. & vide etiam annum 1529.* 1518.
- Lanfranchi Scortie quon. Federici, in actis Iacobi Scortie.* 1519.
- Hadriani Scortie quon. Aranini, Francisci Scortie quon. Lucchini, & Gasparis Scortie quon. Thadei, in actis Petri Carregba A. N. Porro Franciscus Primum fuit apud Monechum Capitaneus anno 1506. 1507. deinde Palatij Genuensis Cbiliarcha vulgo Colonello.* 1520.
- Fundate sunt due Capelle cum Iurepatronatus familie Scortie in Prepositura S. Mariae de Vultabio à Damiano Scortia quon. Vincentij, ut dictum est in anno 1507.* 1522.

Franci-

1526. *Francisci siue Franciscbeti Scortia quon. Vincentij, in actis Iacobi Scortia, Itemque Francisci Scortia quon. Sireti, in eisdem actis die 24. Aprilis.*
1529. *Carolus V. Imperator die 26. Augusti cum esset Genæ ad supplicationem Laurentij Scortia de Ianua quon. Gasparis, & Io. Mariæ Scortia quon. Lucbini de Vultabio Comitum Lauania, tam suo nomine, quam aliorum de familia Scortia, tam de Ianua, quam de Vultabio Comitum Lauania, & Io. de Casanoua, etiam Lauania Comitis confirmauit, & ratificauit omnia priuilegia, & immunitates per Romanos Imperatores, & Reges præsertim Federicum I. Federicum II. Rodolphum, Vilielmum, & Henricum V II. concessas, in actis Alphonsi Valdesij, eiusdemque verba sunt hæc, videlicet.*

Septimum Priuilegium quo decorati fuerunt Lauania Comites à Carolo V. Imperatore.

CAROLVS V. Diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Legionis Toleti, Valentia, Galitiæ, Maiorcharum, Hispalis, Sardinie, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Gieruus. Algharbiæ, Algeziræ, Gibeltaris, Insularum Canariarum, & Indiarum, ac Terræ Firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lothoringiæ, Brabantia, Lamburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, &c. Comes Haspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinoniæ. Arthesicæ, & Burgundiæ, Comes Palatinus, Hannoniæ, Olandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritanæ, & Zurphanæ, Landigrauius Alsatiæ, Marchio, Burgoniæ, Oristani, Gotiani, & Sacri Romani Imperij Princeps, Sueuiæ, Cathalonæ, &c. Dominus Frixie, Biscaia, Molinæ, Salinarum, Trypolis, Mecliuiæ, &c.

Notum facimus tenore præsentium vniuersis, quod quum nobis per Spectabiles nostros, & Imperij Sacri fideles dilectos LAVRENTIUM SCORTIAM de Ianua, & IO. MARIAM SCORTIAM, de Vultabio tam suo, quam aliorum Familiæ de Scortia, tam de Ianua, quam de Vultabio Comitum Lauania, nec non Io. de Casanoua filium quon. Hieronymi suo ipsius, & cæterorum eius familiæ, & Lauaniæ Comitum nomine humiliter supplicatum fuerit, ex solita benignitate nostra Cæsarea omnia, & singula priuilegia, concessiones, libertates, iura immunitates, & alias

alias quascunque gratias eorum progenitoribus à Diuis Romanorum Imperatoribus, & Regibus concessas, & concessa, præsertim Priuilegia Serenissimorum quon. Federici I. & Federici II. illius nepotis, ac Rodulphi, Gulielmi, & Henrici VII. Romanorum Imperatorum, & Regum suis antecessoribus, eorumque hæredibus in perpetuum concessa, confirmare, ratificare, & approbare dignemur. Nos itaque animaduertentes eorundem Lauaniæ Comitum sinceram deuotionis, atque fidei constantiam erga nos, & Sacrum Romanum Imperium, necnon grata obsequia, quæ ab ea familia persæpe accepimus, & deinceps nos accepturos confidimus, atque ob id eorum supplicationi benignè annuentes prænarata omnia, & singula priuilegia, concessiones, libertates, iura immunitates, & alias quascunque gratias Familix de SCORTIA, tam Ianuæ, quam Vultabij, necnon Familix de Casanoua Lauaniæ Comitibus quomodolibet concessas, & concessa, & præsertim Priuilegia præfatorum Serenissimorum Federici I. & II. atque Rodulphi, Guglielmi, & Henrici VII. Romanorum Regum, & Imperatorum in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis, ac si eorum omnium tenores hic de verbo ad verbum infra scripta forent, animo delibato, & ex certa nostra scientia sano ad id accedente consilio, & de nostra Cæsareæ potestatis plenitudine, confirmauimus, approbauimus, & ratificauimus, ac tenore præsentium, confirmamus, ratificamus, & approbamus. Volentes, & eadem nostra Cæsarea auctoritate decernentes, vt huiusmodi priuilegijs, concessionibus, iuribus, libertatibus, immunitatibus, & gratijs liberè vti, frui, & gaudere possint, & valeant, prout hactenus, tam ipsi, quam eorum maiores gauisi sunt, & vsi fuere, ac in præsentia vtuntur, fruuntur, & gaudent absque vilo impedimento, & contradictione.

M A N D A N T E S propterea, & serio præcipientes vniuersis, & singulis Principibus, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, Prælatibus, Ducibus, & Marchionibus, Comitibus, Baronibus, militibus, nobilibus, Præfectis, Potestatibus, Gubernatoribus, Capitaneis, Officialibus, tribunis, cohortarijs, præsidibus, iudicibus, consulibus Ciuitatum opidorum, terrarum, villarum, & quorumuis aliorum locorum Communitatibus, Rectoribus, & Locumtenentibus eorundem, cæterisque nostris, & Imperij Sacri subditis, & fidelibus dilectis cuiuscunque præheminentiæ, dignitatis, status, gradus, &

F
condi-

conditionis fuerint, vt Præfatos LAURENTIUM, & IO. MARIAM, cum omni eorum familia de SCORTIA, tam de Ianua, quam de Vultabio, & præfatum Io. & alios de Casanova Comitum Lauania in huiusmodi priuilegiorum, concessionum, iurium, libertatum, immunitatum, & gratiarum fruitione vt supra dictum est, nec turbent, nec impediunt, sed eis libere, & absque villo impedimento vti frui, & potiri sinant, & permittant quatenus gratiam nostram caram habent, & præter iram, & indignationem nostram, & Imperij Sacri grauissimam pœnam quinquaginta marcharum auri puri pro dimidia Fisco, siue ærario nostro Imperiali, residuum vero parti læsæ totiens quotiens contrafactum fuerit irremissibiliter applicandam maluerint euitare. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Ciuitate nostra Imperiali Genue 26. mensis Augusti anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo nono, Regnorum nostrorum Romani 11. aliorum vero 14.

C A R O L V S.

*Ad mandatum Cæsaree, & Catholice
Majestatis proprium.*

Alphonsus Valdesius.

*Extat adhuc Prage in Cancellaria Sacra Cæsareæ Majestatis, in volumine
M.S. Priuilegiorum. Transumptum extat Genue in A.N. & in priuilegijs
familie Scortie, & insertum est etiam in priuilegio Maximiliani
II. de quo infra 1569. & Philippi II. Hispaniarum Regis, de quo 1573.*

1530. *Habetur mentio Federici Scortie quon. Io. in actis Christophori Pareti.*
1549. *Item Lazari Scortie quon. Io. Baptiste in instrumento presentationis ad
Capellam Iurispatronatus Damiani Scortie in Prepositura S. Marie de
Vultabio.*
1458. *Nicolaus, & Lazarus Scortia quon. Hadriani, & Antonius Scortia quon.
Io. declarantur ab Officio S. Georgij immunes tanquam ex Comitibus Lauaniae.
Habent authenticum instrumentum DD. Catanus, & Alexander fratres Scortia quon.
Lazari superius nominati in libro Priuilegiorum familie Scortie.*

Extat

- Extat mentio Bernardi Scortia, in actis Augustini de Francis Curie Archiepiscopalis Genuæ Cancellarij.* 1569.
- MAXILIANVS II.** Romanorum Imperator die 7 Septembris in arce Possonij Iulio de Casanoua priuilegia Caroli III. & V. confirmauit illis in confirmatione insertis ad verbum, Authenticum ipsum habet Genuæ I. V. D. Io. Baptista Casanoua. 1569.
- Nicolaus, & Lazarus Scortia, & Antonius Scortia quon. Io.** denuo declarati sunt immunes. Habent authenticum instrumentum DD. Cataneus, & Alexander fratres Scortia quon. M. Lazari. Porrò Lazarus anno 1576. adscriptus est inter Gennenses Nobiles una cum descendentijs. 1570.
- Philippus II.** Hispaniarum Rex per Senatum Mediolensem confirmauit die 29. Aprilis prædictis de Casanoua Priuilegium Caroli V. illo in confirmatione inserto, ideo extat etiam Mediolani in Archiuo Senatus Excellentissimi. 1573.
- Hoc anno cum Genuæ morbus epidemicus admodum defuisset, Lazarus Scortia quon. Hadriani missus est Commissarius Vultabium, magna à Patribus habita facultate, ut nihil ultra montium iuga præter Reip. voluntatem generetur toto posse curaret. 1579.
- Carolus Scortia quon. M. Lazari** obtinuit ab Officio S. Georgij confirmationem immunitatum pro se, & fratribus, in actis Dominici Tinelli prædicti Officij, & Comperarum Cancellarij. 1590.
- Hieronymus Scortia quon. Francisci** Commissarius ultra iugum magna cum auctoritate creatus est ob Pedemontanam pestilentiam, ut videret ne quid detrimenti Respub. caperet; fuerat enim inter Genuenses Nobiles cooptatus anno 1576. ut etiam eius frater Io. Iacobus Scortia anno 1567. cum descendentijs. 1599.
- Sebastianus Scortia monachus S. Augustini** instante Philippo III. Rege Hispaniarum creatus est Episcopus Meliapuræ in India Orientali S. Thomæ Apostoli martirio inclitæ. Hic natus est in Lusitania; plerique enim ex familia Scortia in alias prouincias commigrarunt, ut Andreas quon. Hadriani in Hispaniam, ubi filij Andreas, & Nicolaus degunt Idalgbi declarati. Iulius quon. Aranini eodem, ubi cum filijs degit, ex quibus Cæsar, & Hadrianus Doctores facti, sic Bernardus quon. Ioannetolli, qui Baezæ officio XXIII. Gubernatorum functus est. Antonius quon. Io. in Sardiniam, ubi descendentes habitant. Lazarus, Bortholomeus fratres quon. Io. Messana, ubi adhuc Lazarus viuit, & filij Bartholomei, & alij alio.

1605. Hoc eodem anno instantibus Octauiano fratre, D. Io. quon. Aranini Capita-
neo, D. Cataneo quon. Lazari, D. Antonio Hieronymi filio, in lucem
edita est genealogia Scortie familie, quæ sub finem anni superioris, nempe
18. Decembris in actis Antonij Rochæ publicis tabulis confirmata est à D.
Guidone Basilio de Urbino Genuæ Prætorè summis sanè laboribus, nostris
presertim, & M. Io. Francisci quon. Sireti I. V. D. ex historijs, publicis
tabulis, veteribusque monumentis conscripta, ut ex his ipsis monumentis,
aliqua ex parte constare potest. Post mortem Antonij Rochæ eius acta per-
uenerunt ad Iulium Petrarubeam vulgo Priaroggia Notariū Genuensem.
Quo etiam tempore ex Archiuo Sereniss. Reip. consentiente Senatu antiqua
monumenta familie Scortie, & cognatorum obtinuimus.
1607. Hoc anno Honoratus Scortia nepos ex Octauiano fratre philosophiæ, &
I. V. D. cepit ius ciuile profiteri in Gymnasio Pisano magna auditorum
approbatione.
1607. Ioannetolus Scortia quon. Capitanci Marci, hoc anno Gubernator erat Val-
lisclusæ in ditione Auenionensi Petrarchæ carminibus celebris, cum ibi ma-
iorem partem carminum italicorum cecinerit.
1607. Eodem Andreas Scortia quon. Andree urbem Alicantiæ Regni Valentie in
Hispania moderabatur magna ciuium voluntate, & equitate.
1608. Andreas, & Nicolaus fratres quon. Andree Scortie in Hispania degentes,
ut diximus in anno 1605. Idalghi declarati iure; hoc autem anno Philip-
pus III. Rex Hispaniarum eosdem, necnon Iulium quon. Aranini, ut ab
antiquissima Comitum Lauaniæ stirpe profectos, titulo Nobilium conde-
corauit, Idalghos approbavit, equites declarauit, ut apparet priuelegio,
quod penes ipsos existit.
1608. Die 27. Novembris 1608. ad instantiam DD. Manfredi Rauascherij, &
Ioannis Baptiste Rauascherij extracta est antiqua nota anni 1383. eorum,
qui immunes sunt à gabellis, ex actis Ioannis Maystratij, per eum facta
de mandato octo Officialium, ex Archiuo Notariorum à Iosepho Via, &
Hieronymo de Oneto.
1609. Cataneum Scortiam q. Lazari hoc anno 1609. cum deputati ad regimen uelli-
galiū immunitate sua, ut antea patiri recusarent; demum à supremo Offitio
S. Georgij in primæua eiusdè immunitatis possessione confirmatus fuit, prout
videre est in decreto super id cõditio die 11. Martij, in actis Stephani Insu-
la Cæcellarij eiusdè Offitij S. Georgij, cuius tenor huiusmodi est, uidelicet.
- ✦ MDCIX. Die XI. Martij.
Multum Illust. DD. Protectores Comperarū S. Georgij in pleno nume-

ro cōgregati audito modo Mag. Cataneo Scortia q. D. Lazari dicen-
 tem, quod Illust. DD. Deputati ad gubernum, & administrationem
 Caratorum, & Derictuum recusant expediri mādare immune saccu-
 lum vnum lini, quod conduci fecit pro vsu ipsius, qui vti filius legi-
 timus, & naturalis dicti quon. D. Lazari, est francus, & immunis ab
 omnibus vectigalibus, & cabellis, & in pacifica possessione dictæ im-
 munitatis, & franchitiæ vti descendens à Comitibus Lauaniæ, &
 prout sui antecessores fuerunt; requirente propterea mandari dictis
 Illust. Deputatis, vt expediri curent dictum linum absque alicuius
 vectigalis solutione, ipsumque D. Cataneum conseruent, & manu-
 teneant in pacifica possessione dictæ immunitatis, & franchitiæ, in
 qua stetit, & perseuerauit, dum vixit dictus quon. D. Lazarus eius pa-
 ter, ac ipsemet D. Cataneus. Et ex aduerso audito Marco Anto-
 nio Compiano Sindico dictorum Caratorum, & quidquid dicere
 voluit satis superque intellecto, negotioque ipso examinato ad cal-
 culos, &c. Declarauerunt, & declarant dictum D. Cataneum, vti
 filium legitimum, & naturalem dicti quon. Lazari Scortia esse in
 possessione dictæ immunitatis; & idcirco mandauerunt eidem Cata-
 neo relaxari linum, prædictum absque aliqua Caratorum, & seu
 Derictuum solutione, citra tamen præiudicium meritorum, &c. Ita,
 &c. Ex manuale notularum Cancellariæ, &c. licet, &c. saluo, &c.

Stephanus Insula Comperarum Cancellarius.

*Hoc eodem anno 1609. ijs que hætenus subcisius horis monumenta fami- 1609.
 lie Scortia, & Cognatarum expressa, vel tacita in historijs M.S. & im-
 pressis, priuilegijs, tabulis, & veteribus monumentis adnotaueramus ad-
 scripta in margine temporum serie ad familie utilitatem, & splendorem,
 & Dei gloriam extremam manum imposuimus.*

Laus Deo, & Deiparæ semper Vergini.

F I N I S.

1908
The following is a list of the names of the persons who have been elected to the office of Justice of the Peace for the year 1908.

Justice of the Peace for the year 1908

John A. Smith
James B. Jones
William C. Brown
Robert D. White
Thomas E. Green

• 2 1 11 1 1

SUPPLEMENTA
MUNIMENTIS
SCORTIAE,
DE ORIGINE ATQ; IMMUNITATE
COMITVM LAVANIAE,
& praesertim familiae Rauaschierae.

AUCTORE.
BERNARDO FERRARIO LIGURE.



N E A P O L I,
Ex Typographia Io. Baptistae Gargani, & Lucretij Nucij. MDCXI.

PETRO FRANCISCO
RAVASCHERIO EX
COMITIBVS LAVANIAE

Badulati, Soriti, Girifaci, Turturæq; Domino.

BERNARDVS FERRARIVS. S. P. D.



M singulari semper voluntate nobilissimam Rava-
scheriorum gentem prosecutus sim tum etiam optime
nouerim immunitates, & priuilegia per quingentos
annos à Repub. Genuensi ab Imperatoribus à Pontifi-
cibus eidem Rauascheriæ profapiæ irrogata, licet in-
uidia multorum, & tentata, & iactata diù fuerint, ma-
ximo semper desiderio ea in lucem aspectumque hominum proferre
expetebam. Vt par gloria eandem familiam, quæ Fliscam, quæ Scor-
tiam, quæq; alias ex eodem fonte emanantes sequeretur. Etenim ex
Comitibus Lauaniæ innumeri non solum viri maximis honoribus
conspicui domi, militiæq;. Sed etiam plures propagines hoc tempore,
terra, mariq; inter se disiunctæ prodire. Verum, aut quia res om-
nes mortalium emori necesse est, aut quia multi non desunt, qui quo-
usque se de suorum maiorum splendore gloriari posse putant, cæte-
ros laudibus efferi æquo animo accipiunt supra id vero falsum, fictum
que ducunt. Necesse habebam, aut certe maximopere conducere
existimabam, si non solum stirpem Rauascheriam nostra hac ætate
proprijs rebus florere, sed etiam antiquorum gloria niti demonstra-
sem, vt si de se ipsis gloriari liceret, suorum maiorum minime illos vn-
quam pigeret, tederetq; sit enim interdum, vt qui sunt virtute clari,
sint genere obscuro, aut qui sanguinis nobilitate Ciuitatis suæ facile
primi meritis nullo loco habeantur. Hæc mihi diù cogitanti mul-
tum desiderio meo offecisse eosmet comperij, quos potius huius la-
boris auctoris esse decebat. Hi Rauascherij ipsi fuerunt, qui, cum
eorum minime, vita, ambitione corrupta teneatur, dissentire à me cõ-
perunt, ne honoris, & famæ cupidine quodammodo vexari videntur,
quorum antiquitatis vestigia, licet multa, & præclara maneant, multa
tamen ego possum in medium educere, quæ cum publicis tabulis
singula comprobentur, nullus sanè, si scribere aggressus essem, locus
suspicioni iræ, aut studij relinquebatur. Nouum adhuc, dum de hac
re consulo mihi, impedimentum obijeitur Alexander Scortia me-

G 2

mor

mor generis, & veteris dignitatis suæ pluribus locis summa laude de-
 sumpta monumenta suæ familię, & aliorum Comitum Lananię lon-
 ga Actauorū serie in speciem arboris genealogiã perscripsit, atq; uti-
 nam aut ille mecum aut cum illo ego hac de re egissem, ut tã glorio-
 si laboris aliquibus adminiculis quoquo pacto adiutor extitif-
 sem. Quo in opere illud maxime laude dignum censendū est, quod
 cum ipse de se, deq; suæ gentis nobilitate loqui propositum haberet,
 mentionem tamen aliorum Comitū fecerit, eisq; plurimum honoris
 tribuerit, ne quidquam merite laudis subripere videretur. Mihi cer-
 te gaudeo quem fructū à me ingenij mei (quod sentio quã sit exiguū)
 fortasse nequicquã repetere possem, alios fuisse qui vberius pro fer-
 rent. Ut nisi sint non minus Comitū Lauaniã splendorem hæredita-
 rio quodã iure retinere, quam gloriosissimos viros, vita functos, in vi-
 tam quodammodo restituere voluisse. Verum sicuti memoriã pro-
 ditum est, oratores nobiles oratorū æqualium gloriã gaufos fuisse, li-
 benti, sanè animo feret à me Alexander, aliqua in mediū aduci, quę,
 ut plerumq; accidit, in tanta antiquitate rerū, & multitudine eū aut
 latuere, aut certe ipsi memoria excidere. Sunt hæc ex publicis priua-
 tisq; locis desumpta monumenta, quæ sane ita dispersa, facile omnia
 iacerent in tenebris, nisi aliquod denuo literarū lumen accederat.
 Genealogiam vero Rauascheriorū, quoad certitudinem descriptio-
 nis eius attinet, non deteriore loco, quàm aliorū habenda est, eo præ-
 fertim, quòd multorū odij in controuersu, & contentione versata, ut
 fidelius describeretur, Senatus auctoritas intercessit, ne locus ulli vn-
 quam daretur, quo quis aut immunitatum, aut nobilitatis cupiditate
 huic se se arbori inferet. Si cui vero vnquã hæc monumenta domus
 Rauascheriæ dicenda sunt, tibi præsertim iure optimo conuenire vi-
 dentur, cuius ad singulare in familiã studium, ac potius pietatē maxi-
 morum, ac ferè innumerabiliū beneficiorū cumulus accessit, ut non
 solum ij, qui beneficia recepere, sed alij etiam ex tanta beneficētia in
 tui ordinis homines collata, se tibi maximopere debere fateantur.
 Hæc, quæ tibi erunt cognoscendi voluptate iucunda, & ad nobilita-
 tem tui generis tutandã etiã vtilia, hilari animo accipito, quo aliqua
 tibi saltem obsequij erga te mei ratio constet. Hęc Hector Satrianę,
 & Germanus Bellimontis Dñi nepotes tui legāt, hisq; admoneantur,
 instruanturq; & memoria auorum tantam virtutis flamam pectore
 concipiant, quanta eorum famam atq; gloriam sint aliquando ade-
 quaturi. Datum Genuæ Kalendis Augusti. MDCX.

DE

DE ORIGINE ATQVE

IMMUNITATE RAVASCHERIORVM

EX COMITIBVS LAVANIAE.



RAETER illa clarissima monumenta, quae ab **ALEXANDRO SCORTIA** afferuntur quibus liquido apparet, familiam **RAVASCHERIAM** una, cum **Flisca, Scortia, Blanca, Casanoua, Penella, Ricca,** & de **Turri** ex Comitibus **Lauaniae**, tanquam ex communi fonte, efluxisse, haec nuper in medium deducere decreui, quo id firmiter argumentis, & demonstrari, & defendi posset, si aliquando necessitas postulare videretur. Cum multi, odio suarum rerum, in aliena plerumque grassentur. Cumque ad gloriam virtute niti deberent, suae existimationi consuluisse putant, si maledictis, & probris aliorum famam vexarit, quasi illud sibi essent omnino addituri, quod ab alijs detraxissent.

Antonius Rauascherius anno 1368. in acceptione dotis, & **Gabriel Pater** 1368. eius fideiussor dicuntur **Comites Lauaniae** inter testes etiam adhibitus **Thomas Rauascherius** dicitur Comes, ut in actis **Gerardi Riuarolae tabellionis**, quae modo apud **Iosephum Riuarolam tabellionem** reperiuntur.

In libris, qui inscribuntur **Communitatis de Clauaro**, exhibitis penes **Philippum Camerae tabellionem**, ab anno 1460. ad annum 1477. **Rauascherij** 1460. 1477. appellantur passim **Comites Lauaniae** ab omnibus incolis qui si propria praedia **Rauascherijs** aliquando vendidissent, cum non essent illa amplius publicis oneribus obnoxia, ut in commune id onus transferetur profecto mentio bonorum translationis à primis possessoribus ad **Comites immunes** agenda erat.

Non erit hic ab re dicere **Lauaniam Clauaro** parua planicie interiecta quae catella flumen interfluit distare, locus montium cultu collium fertilitate, & maris quo litus alluitur amenitate gratissimus. Aliquae etiam ibidem, veluti in veteris suae ditionis locis eorundemmet **Comitum Reliquiae**, inhabitant, antiquitus plures etiam incolebant. Vbi neque inde multum distant **Malaspinae**, iisdem littoris oris ad **Lunae portum** frequentes. Vix sexcenti passus à mari super opidum **Lauaniae**, quo se parce plenius extenditur. Inter veteres ruinas multa adhuc monumenta magnificentiae, & pietatis **Innocentij III.** atque aliorum **Comitum** visuntur, quae ab ipsis indelicij haberentur.

Hæc Federici II. Imperatoris iniurijs patuere, cuius cor in Romanos Pontifices, atque in Innocentium præsertim, cumulatam ira nimis iracunde, & valde intemperanter, contra etiam res seuijt inanimatas.

Genuæ exorta controuersia de immunitatibus nostrorum Ciuium, sæpius enim inuidia eorum, qui hisce muneribus non fruebantur, auaritiaque publicanorum turbatis implicitisque demum ad octo virum Magistratum res deducta est. Ibi excussa diligentius singula productæque sunt ab ipsismet publicanis tabellæ duæ, in quibus nomine immuniùm recensebantur. Hæc ad verbum inferius inseruntur, ut antiquitati verborum plenior fides adhibeatur.

MCCCLXXXIII. die XIII. Decembris.

Isti sunt immunes, & franchi ad cabellam soldorum octo Pontis Vini
Primo D. Archiepiscopus sine aliqua limitatione.

M. D. Dux sine aliqua limitatione.

D. Potestas pro se, & familia sua de Palatio tantum sine aliqua limitatione.

D. Antiani prouino consumando in Palatio tantum.

Omnes, & singuli illi de Flisco, & Comites Lauaniæ sine aliqua limitatione.

Omnes, & singuli qui habent in numero duodecim liberorum sine aliqua limitatione.

Cintraci duo Communis sine aliqua limitatione.

D. Isnardus de Guarco sine aliqua limitatione.

Heredes quon. Luciani de Auria sine aliqua limitatione.

Franciscus Marosellus secundum immunitatem sibi concessam sine aliqua limitatione.

Petrus Piconus secundum immunitatem sibi concessam; quæ est sine aliqua limitatione.

Thomas Murchius secundum immunitatem sibi concessam, quæ est pro omnibus vique pro quolibet de domo sua.

Guirardus Murchius secundum immunitatem quam habuit ante patereius, & quæ est sine aliqua limitatione.

Mattheus Maruffus secundum immunitates sibi concessas, quæ sunt sine limitatione.

Franciscus Senestrarius eodem modo, & gradu.

Luchinus de Bonauer eodem modo, & gradu.

Anfu.

- Anfufius ermita olim Epifcopus Spaninæ pro fe, & duodecim focijs fine aliqua limitatione.
- Laurentius Gentilis fecundum eius immunitates, quæ funt fine limitatione.
- Lodifius de Guarco fecundum eius immunitates, quæ funt fine limitatione.
- Thedifius Gibo fecundum eius immunitates, quæ funt fine limitatione.
- Manuel Guirardus fecundum eius immunitates, quæ funt fine limitatione.
- Hæredes quon. Emanuel Spinulæ omni anno pro metretis. M.
- Lazaretus de Caneuanoua omni anno pro metretis. XII.
- Iacobus Grillus in anno pro vno quoque de familia fua pro metretis duobus, & dimidia fiue metr. 2. $\frac{1}{2}$
- Conuentus Sancti Francifci omni anno pro metr. CC.
- Conuentus Sancti Dominici omni anno pro metr. CC.
- Conuentus Sancti Auguftini omni anno pro metr. CN.
- Conuentus Sanctæ Marię de Carmo omni anno pro metr. LXVII.
- Conuentus Sanctæ Mariæ Seruorum omni anno pro metr. LIII.
- Conuentus Repentitarum omni anno pro metr. CNVII.
- Conuentus Sancti Barthol. de Ermineis omni anno pro metr. NVII.
- Hospitale Sancti Ioannis Hierofolimitani tam moniales quam fratres omni anno pro metr. LXVII.
- Hospitale Sancti Lazari omni anno pro metr. M.
- Monasterium S. Catherinæ de Luculo omni anno pro metr. LXXX.
- Conuentus Fratrum de Seruaria omni anno pro metr. N.
- Conuentus Cartufiæ omni anno pro metr. MIII.
- Monasterium Sanctæ Marię de Rocheta omni anno pro metr. M.
- Monasterium Nouum Sanctorum Iacobi, & Philippi omni anno pro metr. N.
- Heremitæ, quæ funt apud Canones Sarzani omni anno pro metr. M.
- Hospitale Infirmorum Sancti Antonij omni anno pro metr. M.
- Hospitale, quod est apud Monasterium Sancti Benedicti de Faxolo omni anno pro metr.
- Omnes Iudices de Collegio à kalendis Iulij citra de mandato Domini Ducis, & Confulum Collegarum fine aliqua limitatione.

Isti

Illi sunt qui sunt franchi ad cabellam grani.

Alberiga illorum de Flisco .

De Casanoua .

Rauascherij .

Penelli .

Sichi .

Scorsij .

Albi de Flisco .

Antonius Cardinalis .

Franciscus Marocellus .

Manuel de Guirardis .

Illi qui habent duodecim liberos .

Iudices de Collegio .

D. Marfolinus de Scarfis de Papia .

Medici Ianuenses :

D. Archiepiscopus Ianuensis .

Omnes Sacerdotes .

Mattheus Maruffus .

Lodifius de Guarco .

Petrus Pichonus .

Franciscus de Senestrarijs .

Laurentius Gentilis .

Hæredes quon. D. Luciani de Auria .

Iacobus Gritus .

Iulianus de Stramezo .

Illi de Cucurno de Clauaro .

Cintraci Comm. Ian.

Thedifius de Cibo .

D. Gotifredus de Gauio .

D. Quilicus de Passano .

D. Nicolaus de Passano .

D. Raphael de Passano .

Hæredes quon. D. Benedicti de Passano .

Laurentius Caneuanoua .

Guirardus Murchius filius Thomæ .

D. Potestas Ianuensis .

D. Ioannes de Dominis de Langueto .

} Comites Lauanię .

Ardui-

Arduinus Conte, & eius fratres.
 Milites Mag. D. Ducis.
 D. Magister Antoniolus de Calcina.

MDCVIII. Die XXVII. Nouembris.

Extracta sunt in omnibus vtsupra per nos infra scriptos Notarios custodes archiui venerandi Collegij DD. Notariorum Genuæ ex Protocollo actorum receptorum per quon. D. Ioannem Mastratium Notarium, & scribam deputatum à Magistratu octo Officialium deputatorum super immunitatibus, existente in dicto Archiuo vna cū omnibus alijs eius Protocollis in dicto Archiuo ad instantiam Magnif. Manfredi, & Ioannis Baptistæ Rauascheriorum pro eorum interesse licet per alium collatione salua, &c.

Copia.

Ioseph Via Notarius.

Hieronymus de Honetto Notarius.

- Extant plures Epistole Summarum Pontificum ab anno 1389. ad annum 1606. vulgo breuia, seu bullæ dicuntur quibus Rauascherij semper Lauania Comites ab ipsis, profecto maximo veritatis testimonio, appellantur.*
- Breue Bonifacij IX. Bonifacius iura Tari Thomæ Rauascherio Lauania Comiti primus omnium tradidit, seruantur literæ apud Paridem Rauascherium.* 1389.
- Breue Alexandri V.* 1407.
- Breue Martini V.* 1418.
- Breue Pauli II.* 1466.
- Breue Innocentij V III. Hi quatuor à Bonifacio Pontifices eademmet iura eiusdemmet Thomæ descendentes confirmarunt, auxeruntque illa nouissime memoria nostra possedit Simon Rauascherius Pater Manfredi I. C.* 1488.
- Breue Sixti IV. inscriptio Epistole incipit, Paulo Rauascherio ex Comitibus Lauania familiari nostro. Huic in Liguria rerum quarumdam curam commendat extant plures eiusdem Pontific. eidem Paulo Literæ apud quem etiam legatione functus est.* 1482.
- Breue Pauli V. Mariæ uxoris Manfredi Rauascherij facultatem dat Sacrarum Virginum cænobia ingrediendi, quod quidem hoc tempore non nisi nobilissimis mulieribus conceditur, eamque Lauania Comitissam appellat.* 1606.

MAXI-

1507. **MAXIMILIANVS IMPERATOR** ad fauces Alpium cum exercitu aduenerat ibique commoratus, ut montium asperitate, & viarum longitudine defessos milites reficeret, & recrearet, praesidia etiam externa secutus quo maioribus viribus in Gallos Genuæ nuper potitos inuaderet. Literas Hieronymo de Turri dedit ad Cataneum Paulum, Petrum Ioannem, Manfredum, & Turinum Rauascherios, ab ijs auxilium efflagitans. In mandatis etiam admonet imperatque eidem, ut à familijs nobilium, quibus magis consideret, praesertim Spinulis, Aurijs, Rauascherijs, opem subsidiumque petat, quos depositis inter se odijs patriæ prospicere, libertati consulere cohortetur. Subdidimus hic literarum exemplaria, ut sicuti multum dignitatis, ita non parum fidei haberent.

MAXIMILIANVS Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, &c.

Nostris, & Imperij Sacri fidelibus Dilectis Cataneo, Paulo, Petro Ioanni, Manfredo, Turino de Rauascherijs.

Fideles dilecti Commisimus nostro, & Imperij Sacri fidei dilecto Hieronymo de Turri nonnulla, vobiscum communicanda, concernentia libertatem tranquillitatem Ciuitatis Ianuae, & beneficium atq; commodum vestrum, & vestrorum, sicuti plenius ab eodem intelligere poteritis. Velitis itaque illi non solum adhibere fidem, sed etiam ita vos exhibere, sicut conuenit bonis ciuibus patriæ suæ, & quemadmodum pro veritate, & bonitate vestra vos facturos confidimus nostram in eo benè gratam facturi voluntatem. Datum in faucibus Alpium die 27. Decembris. Anno Domini MDVII. Regni nostri Rom. XXII.

Pro Rege.

Ad mandatum Domini Regis prop.^{m.}

MEMORIALE DE HIS QVAE HIERONYMVS DE TVRRI NOMINE CESAREAE

Maiestatis tractare debet.



N primis conferet se ad filios quondam D. Augustini Adorni videlicet Dominos Antoniotum, & Hieronymum, & praesentatis literis Suae Maiestatis referet eis Cesaream Maiestatem cum maximo gaudio recepisse literas ipsorum, & intellexisse ea, quae ipse Hieronymus ex parte eorum retulit Suae Maiestati ex

quibus plane cognouit virtutes, & imitationem paternam, & fidem, quam in Augustino patre compertam habuit, in filiis non defecisse, quae res ita excitauit animum Cesareum, vt vel ob hanc solum causam non praetermissurus sit vllam occasionem augendi, & extollendi ipsos vbicumque poterit, & occasio postulabit.

De morte Magnifici genitoris sui, quae non nisi ex dolore, & animi anxietate, quae ex minis, & persecutionibus Gallorum euenit, Caesarem plurimum indoluisse, quod in hac sua expeditione Italica, & tanta occasione magnarum rerum sublata fuerit vtrique nostrum maxima oportunitas tam vtendi opera sua, quam inuicem ei ostendendi gratitudinem animi nostri, sed, postquam ita placuit Diuinae voluntati, in tam magna iactura consolatur se vna re, videlicet quod filij paterna vestigia sequentes eius vicem reddere possunt, hocque nunc oportuno tempore comprobarunt, quae res non potuisset Suam Maiestatem maiori gaudio afficere.

Dicet itaque illis ex parte Suae Maiestatis non minori beneuolentia vel le ipsos prosequi, quam olim magnificum eorum genitorem, & id, quod non potuit praestare patri, praestaturus est filiis, & conabitur eos augere in honore, dignitate, & commodo vbicumque potuerit, hortabiturque ipsos, vt in hac sua honestissima opinione, & deliberatione perseverando velint continuo erga Suam Maiestatem, & Sacrum Imperium ostendere animum suum, & amicos suos quos libenter intelleximus non solum perseverare in beneuolentia erga ipsos, sed etiam multos post mortem patris auctos esse, in huiusmodi bona opinione tenere bene edificados. Et quia in hoc suo descensu Itali-

co

co inter cætera cupit, & intendit liberare Ciuitatem Ianuensem à turpissimo iugo, & durissima seruitute Gallorum, & ad hoc disponet animos tam plebis, quàm aliorum, sperat prospera successura, quod ipsi similiter velint disponere animos amicorum, & eorum qui sunt ad arbitrium, & dispositionem ipsorum, & non solum non impedire hanc liberationem patriæ, sed etiam adiuuare, & si fortè aliqua ciuiles discordiæ, & dissentiones viderentur tenere multos suspensos, ne redeuntibus plebeis exulibus sæuiretur in bona, & personas nobilitatis, conabuntur pro viribus remouere hanc difficultatem; quoniam Cæsar, qui eius rei præcipuam curam gessit, & qui in primis tranquillitatem, & quietem Ciuitatis non occisiones, & direptiones sollicitat, post multa diligenter considerata inuenit tandem expeditissimum remedium ad huiusmodi turbationem diuertendam, quod scilicet, & reuertentibus in Ciuitatem exulibus adiungeret aliquem ex Capitaneis suis cum comitiua aliqua peditum, sub cuius vmbra dicti exules ingrederentur, & promitterent illi in omnibus obedire. Et Sua Maiestas perinde faceret commissionem D. Capitaneo, quod in ingressu exulum præcipuam curam haberet, vt ij, quos cognosceret magis dissolutos, & offensos in ijs turbationibus, vel sub vmbra aliquorum Commissariorum, vel alijs medijs continerentur, quod in primo aggressu non interessent, & quod cum reliquis Capitaneis ita rem ageret, vt non turbandis ciuibus, sed expellendis Gallis intenderent. Nam si primus impetus prouidè sustinebitur, non est dubitandum quin postea omnia poterunt sine scandalo fieri quieta, & tunc Cæsar dabit operam, vt omnia componatur pro beneficio Suæ Maiestatis, & tranquillitate Ciuitatis.

Cupit tamen Cæsar pro securitate nobilium, quod in huiusmodi primo ingressu velint se magis in domibus suis continere, quam poterunt, & stare bene prouisi, ne aliqui magis scandalosi, qui forte contineri non possent, eis noceant quousque primus impetus prætereat.

Et Cæsar postea omnibus maturè, & prudenter prouidebit, & tunc habebit respectum etiam ad personas ipsorum, & ea quæ voluisset exhibere olim genitori suo, conabitur præstare filiis ipsis, quos cupit omni fauore, & patrocinio præ omnibus semper habere commendatos.

Quartum ad ea, quæ ore retulit ipse Hieronymus Cæsarem Maiestati, respondebit etiam sicuti coram à Cæsare habuit in mandatis dicetq;
quod

quod liberum potest vniciq; esse referre, quod vedetur pro reputatione rerum, sed ipsos pro paterna industria debere credere, quæ cognouerint, & Reip. perceperint, & in primis seruare taciturnitatem, ne dum voluerint sustinere reputationem, destruant effectum, & fundamentum rerum suarum, omniaq; ab aduersarijs præclusa reddantur difficiliora, in quibus non dubitamus eos pro industria sua consulturos rebus prudenter, & diligenter sicut voluerint ex eis optatum consequi effectum, prout hæc & alia dictus Hieronymus coram à Cæsarea Maiestate intellexit.

Et in fine dicet dictis filijs Cæsarem pro testimonio nostræ in eos beneuolentiæ velle eos cum æquitibus grauis armaturæ in hoc ingressu suo in Italiam ad stipendia sua conducere, & cum fuerit tempus ad eos super hoc mittere, & conuenire de stipendio, & conditione personarum suarum, & eiusmodi equitum prout tunc latius intelligere poterunt.

Similiter dicet eis de Castris Salis, & Ouata in Ducatu Mediolani, quæ olim genitor ipsorum habuit à Duce Mediolani, & quæ per Gallos ei oblata fuerunt, quod Cæsarea Maiestas vult dicta castra illis gratiosius confirmare, & ratificare, & alia facere, quæ circa prædicta conuenientia fuerint, & oportuna.

Verumtamen ex his, alijsque à Scortia prætermisiss, profectò elicitur immunitates Comitum Lauaniæ non solum amplissimas, sed etiam ipsismet Pontifici notissimas fuisse.

Neque vero sufficiebat, quod Scortia in rebus anni 1166. immunitatum, conditionem declarasset ubi retulit, Ad collectam non cogemus vos, neq; hæredes vestros, cum ex eiusdemmet verbis incontrouersam rem omnem sæpissime Publicani adduxisse videantur. Dum igitur Summus Pontifex declarat, reliquos omnes Ligures teneri ad collectas, mutua, aliaque illius ætatis onera, præter Comites Lauaniæ, coram ipsismet Reip. legatis neque tamen infrigentibus, illi certo constabat, Comites rerum omnium esse immunes. Addo Pontificum sententias vim legis obtinere, summopereque Comitum successoribus conducere existimo, si, vel ex meis verbis, intellexerint quantum pax illa, antiquitus facta eorum rebus profuerit.

In eo etiam nimia verborum ieiunitas, cum refert litteras Nicolai III. Viterbi datas, quorum saltem argumentum erat adducendum, in quibus hæc leguntur.

Et licet in ipsorum nobilium de Lauania priuilegijs contineatur expresse, q̄ si quis eorum Terras, possessiones, domus, aut alia bona mobilia,

mobilia, & immobilia emerint in territorio Communis Ianuæ, res ipsas ad eundem emptorem sine onere collectæ, vel cuiuslibet exactiois perueniat, & permaneat libera, & immunis. quòd si quis ipsorum nobilium de Lauania granum, vinum, oleum, ligna, sal, pannos, & alia huiusmodi emat, aut vendat, ipse pro tali contractu, ratione cuiusdam exactiois, quæ apud eos, male tolta vulgo appellatur, nil soluere possit cogi. Dicti tamen Capitanei, & Commune in fraudem priuilegiorum ipsorum indirecte, & fallaciter, confidentes statuto cuidam nituntur; neq; tabellio, super emptionibus rerum, in quibus dicti nobiles ab exactioibus, & collecta per sua priuilegia sunt exempti, nisi emptor suo priuilegio in hac parte renuntiet, audeat conficere publicum instrumentum, alias dictos nobiles de Lauania de emptionibus, & venditionibus alijs præterquam de damnis passis, ratione exactiois præmissæ, quæ male tolta dicitur, cõpellendo soluere, & sic in his, & alijs pluribus articulis tenor dictæ pacis, & concordie tam solennis infringitur in animarum suarum periculum plurimorumque scandalum, & ipsorum nobilium ac adherentium eorundem, præiudicium, & grauamen.

Quibus ex rebus ab Episcopo Foroliuij in Vrbe Placentia Reip. Genuensis, Gubernatoribus Sacrorum Communionis, Ecclesiastica excommunicatione influcta, interdictum est.

Nimis, & in hoc breuiter Scortia, cum de fœdere anni 1378. egit. non enim causas ullas commemorat, neque verba subdit qua ad immunitates Comitum faciunt, quo ego eadem consulto resumpsi. Respub. Genuensis, & Veneta de Insularum Græcarum Imperio bella, dissidiaque babuerunt, atque adeo res creuerat, ut de summa omnium decernerent. Iam, iamq; Ligures propè res omnes Venetas, Urbemq; ipsam bello vastarent, obsidio neque premerent. Conuenctum est eo tempore, atque occasione à Venetis cum Bernabono Vicecomite Mediolani Duce Genuenses itidem egerant cum Pannonia Rege, & Iacobo Carrario Patauij domino, sibi que adiungere studuerunt, & Spinulas de Luculo, & Fliscos cum tamen maxime Comitibus Lauania fiderent, quos autem in re tam dubia eos ab amicitia Ducis Mediolani retraberent eo tempore clarissimis verbis Ducis, Ansanorum bellique Magistratus interuentu, Fliscis, alijsque Lauania Comitibus immunitates promisse.

Item promiserunt ex forma, & vigore dictæ compositionis, &

B 2 accor-

accordij obseruare, & obseruari perpetuo facere vniuersis, & singulis dominis de Flisco, & ceteris Lauania Comitibus omnes, & singulas conuentiones, immunitates, & franchitias quas dicti nobiles de Flisco, & Lauania Comites habent, & habere consueuerunt cum Communi Ianua, & specialiter super cabellis, & alijs impositionibus tam nouis, quam veteribus, & tam impositis, quam imponendis. Saluo quod in, & pro factis mercimoniarum prædicta locum non habeant, sicut nec habuerunt temporibus retroactis, nec propterea iuribus Comitum ipsorum quoad dictas mercantias in aliquo intelligatur derogatum, sed remaneant ipsa iura eis salua talia, qualia habent, & siqua habent, &c.

Vbi animaduertendum est, licet in ea limitata immunitas videatur pro rebus, quæ ad negationem spectant, ubi legitur, sicut nec habuerunt temporibus retroactis, licet ibidem, tamen quoad negotiationem, Comitum iura illesa feruentur. Liquido tamen ex his constat vetustioribus seculis, præter res spectantes, ut diximus ad negotiationem, omnium rerum aliarum immunitatibus frui solitos Comites ibique videntur denuò concessæ, quando etiam antea non, nisi ex consuetudine constitissent.

Atque illa insuper id magis, magisque declarant, que deinde acta sunt scilicet 1378. 2. Decembris de mandato D. Ducis, & Consilij vos omnes, & singuli Consules, Collectores, & Scribæ, quorumcumque introituum tam veterum, quam nouorum vini anni præsentis expediatis, atque expedire, atque abire permittatis, ac debeatis pro liberis, & immunibus ab istis vestris introitibus quemlibet eorum omnes, & singulos tam mares, quam fœminas, nobiles de Flisco & etiam ceteros Comites Lauania de, & pro omni scilicet vino, quod pro eorum, & cuiuslibet ipsorum, atque familiarum suarum vsu tantum de cetero ement; vel quomodolibet habebunt, & etiam de illo, quod anno præsentis à die 22. Septembris proximo præteriti citra emeruat, & habuerunt, & prædictam eis expeditionem faciatis vt supra, illis ex prædictis de Flisco, & alijs Comitibus Lauania qui vobis adducerent impressionem suppositam sigilli ipsorum de Flisco, & cæterorum Comitum ordinariè moraturi apud Dominum Ioannem de Flisco V. P. & non alijs. Quibus etiam, & cuiuslibet
eorum

eorum per vos dari volumus Sacramentum, quod tale vinum accipiant, & acceperunt pro eorum usu ut supra, & si qua pignora ab ipsis, vel aliquo eorum occasione predicta à dicto die 22. Septembris citra exigistis, sibi illa omnia restituatis, & de his, quæ à dicta, die 22. Septembris citra, ut præmittitur excusastis, & de cetero, toto vestro tempore excusabitis cuicumque faciatis sollemnem scripturam, ut suo loco, & tempore fieri computatio debita vobis possit, & predicta mandant, & facta sunt causa rationabili præcedente. Impressio vero dicti sigilli talis est.

Iam finem feceram, neque ulterius quicquam, licet plura adhuc super essent quæ ad rem, quam parabamus, facerent, dicere præposuissem, hoc mihi tamen omnino reticendum non esse censeo, cum sepe in controuersia adductum sit, quonam pacto ex vetusta conuentione 1166. verba illa Prisca, & prope solemnia intelligenda sint, Ad collectam non cogemus vos, neque hæredes vestros: non enim defuere, qui aliquando omnimodam immunitatem minime illa complesti assererent; quamquam etiam in harum defectu late pateret conuentionio anni 1198, & Romæ pax facta 1276. fædusque initum 1378, pluresque sententiæ contra collectores, Sindicosque communitatum, quos dicunt, diuersis temporibus ut in Scortia, ad Comitum beneficium late adiungerentur. Nihilominus vocem hanc, collectam exposituri, à Colligo deduci ab eoque detortam, genericam omnino esse, & quamlibet legalem impositionem comprehendendi affirmarem. Siue enim impositio personalis, realis mixta, ordinaria, aut extraordinaria fuerit, hoc non nisi Collecta est. Quod si aliqua ad capita siue ad focos instituetur collecta, personale onus certo videbitur. Si vero existimatione bonorum, realis hæc impositio censenda venit. Quod si viritum respectuque bonorum mixta appellanda. Sic etiam si Collecta fiet ex tributo, vectigali, ex vetitis, & denique quoque modo, & nomine, illius semper rei, unde præfecta est, naturam redolebit. Inquam sententiam, grauisissimi quique; tam vetusti, quam recentiores iuris Scriptores conueniunt, quos tamen hoc loco potius inuenere, quam singulos commemorare, aut adducere mihi cœnuenire existimo, lectoresque; potius ad iuris peritos remittere, quam iuris questiones inire malo. Cum tamen in conuentione illa. Non cogemus vos ad collectam, nec hæredes vestros, non habeatur mentio collectæ personalis, realis, mixtæ, ordinariæ, siue extraordinariæ, indefinita, proculdubio generica, atque vniuersalis, Collecta, vox est.

Collecta
verbum
quid si-
gnificet.

B 3 impo-

impositio, quæ nullo pacto voces specificæ censentur. Cum quodlibet vectigal aut onus, merito impositio dici possit, adeo ut in hoc simul convenire videantur, ut quæ onerosa sint onera, quæ videntur imposita, quæ undique exiguntur & colliguntur, exactio collectaque iure dicantur.

Plurimum adhuc rei nostræ conducunt, ea, quæ antiquitus, præter iuris peritos ab historicis etiam tradita sunt, illa quidem propter longitudinem reiicio, hæc breviora recensemus, præsertim cum de rebus ligusticis agatur ligurq; Autor ipse ex illustri genere, Pontificioque ordine, quo omnia si non ita eleganter, maxima tamen integritate traduntur. Iustinianus Nibiensis Episcopus suis in Annalibus ab anno 1165. ad 1413. si quando mentionem faceret impositionum, quæ, ut eius verbis utar, in plebeatus, vel in naues, siue nomine taxationis, aut auariæ, siue vectigalium eorum, quæ ad victum, & vestitum importabantur, semper, hac voce, collecta, usus est. Quæ ad verbum fideliter ex vernacula traducta retulimus.

1165. Hoc anno exacta collecta sex den. pro lib.

1166. Instituta collecta sex den. pro lib. suppletumque Reip. Creditoribus.

1168. Collecta facta est &c.

1170. Iussa collecta octo den. pro lib. etiam à Plebeatibus, nauibusque.

1171. Imposita collecta septem den. & cum dimidio ad res alienum à Rep. conflatum soluendum. Ab nauibus exacti sunt tantum quatuor, aut sex frequentioris navigationis respectu habito.

1172. Consules facta collecta sep. den. pro lib. vna cum collecta Plebeatus nauiumque.

1173. Eadem propè habentur.

1196. Vectigalium sumptuum, collectarum, armorumque curam, gessuri.

1341. Cum Resp. pecuniæ inopie laboraret imposita ciuibus taxa siue collecta, quæ vulgo Auaria dicebatur ad lib. 100000.

1413. Quem meritis insignem ab Collecta, pro victu, & vestitu pendenda, in posterum immunem futurum iussum est.

Habentur & in legibus anni 1528. fol. 28. collectoribus cuiuscumq; vectigalis vestiti, aut aliorum grauaminum.

3 *Postremo omnium vetus quedam tabula allata ad nos est, in qua habetur mentio Gerardi Rauascherij Lauaniæ Comitis, qui primus Rauascheria Genti nomen fecit, de quo meminisse Scortia cum huiusce Genealogiæ exordia recenseret. Vbi, licet ex antiquissimis (nimirum temporibus*

Innocen-

Emptio facta à Gerardo Rauaschiero Comite Lauaniæ.
1313

*Innocentij. III.) manuscriptis ; quæ nunc penes Iulium Pasquam ser-
uantur , multisque alijs argumentis originem suam , nomenque recepisse
Rauascherios à Gerardo Lauania Comite demonstratur ; tamen ex hac
tabula , Anno 1212. confecta , hunc Gerardum tunc temporis fuisse ;
luce clarius constat. Illudque in primis mirum videtur in tanta rerum
antiquitate , quo modo tam multa ad hoc comprobandum , eodem prope
tempore , in unum conuenerint , aut unquam reperiri potuerint .*

*Ad verbum inferius tabulam transcripsimus , ubi etiam illius ætatis ve-
næ alium rerum uilitas animaduerti potest .*

Pansetus de Ginestra , per se & suos hæredes faciens finem , & refuta-
tionem , & pactum de non repetendo , & datum ad
Gerardo Rauascherio Comiti Lauaniæ de omni iure , quod habet
in petia vna de terra , quæ est in Casale Fugagio , cum omnibus
suis pertinentijs citra Vairam , & vltra Vairam , promittens quod
non amplius possit petere ei aliquid , quod pertinet ad hanc refu-
tationem , ex quodam contractu , vel aliquo iure , pro qua fine , &
refutatione , & dato , & pacto de non repetendo fuit confessatus
prædictus Pansetus , se recepisse à prædicto Gerardo Sol. xxx. re-
nuntians euictioni non numeratæ pecuniæ , legi , non soluti pretij ,
& sic §. fin. & refutatio retenta fuerit aliquo modo à prædicto
Panseto , vel ab eius hæredibus , vel ab aliqua persona pro eo , vel
aliqua requisitio non facta fuerit prædicto Gerardo , vel eius hæ-
redibus , vel alicui personæ pro eo , promittit ei dare pœnam du-
pli , de quanto lis mota foret , stipulatione interueniente præmissa ,
rato manente pacto , obligando tamen bona sua , hæbita , habenda
pignori : Testes Vgobonus Comes Lauaniæ , & eius frater Henri-
cus , Cattaneus de Gerli .

Actum in arena Sigestri iuxta domum Communis Sigestri xj. die
Septembris exeuntis die Sabbati circa nonam 1212. Ind. xv.

M DC XI. die x. Aprilis.

*Extractum est in omnibus , ut supra , per nos infra scriptos Not. & Custo-
das Archiui Ven. Collegij. D D. Not. Genue , ex libro instr. compositorij
per quond. D. Tealdum de Sigestro Not. ab anno 1212. in 1218 , collatio-
ne salua ; existente in dicto Archiuo , ad instantiam magnifici Io. Baptiste
Rauascherij quon. M. Hier. quon. M. Tur. pro suo interesse.*

Ioseph Via Not.

Hieronymus de Honeto Not.

4 Huc.

4 *Hucusque, iam typis excusso, nondum tamen edito libello, Regium diploma ex Hispania allatum ad nos est. Quo nouo quidem, sed veteribus, atque insignibus testimonijs de nobilitate Rauascheriorum non minori, aut impari probatione certiores essemus. Illa siquidem & recentia & vetera, tum maxime fide digna censentur, si diuturnitate temporum, si diuersitate gentium sibi conuenire videantur. Hic equidem obseruo publicas tabulas, Historias, priuilegia, sententias, Pontificum breuia, Cæsarum Epistolas, tam à Scortia, quam ab alijs relata, prope sexcentorum annorum esse. Deerant Regia diplomata, hæc etiam hisce diebus accessere, ne quidquam omnino quod dici posset amplum, aut augustum, desideraretur. Illud hic etiam animaduerto (quod Petri Francisci Rauascherij, cuius nomini hæc lucubrationes dicauius, opera, & labore effectum est) veteres nimirum fortunas recentibus opibus auctas, atque antiquam nobilitatem, nouis titulis exceptam fuisse, quæ prima putantur, atque inter mortales maximopere expetuntur. Vt visus sit illi singulari studio exarsisse, quo gentis suæ memoriam, quàm maxime longam efficeret, quam si fieri posset, nulla unquam temporum deleret obliuio. Visum est mihi hoc in opere inferendum diploma, ut singula, proprijs verbis exscripta, siue exteris, siue futuris hominibus certiora, firmitioraque forent.*

P H I L I P P V S D E I G R A T I A R E X
 Castellæ Aragonum, vtriusque Siciliæ, Ierusalem, Galletiæ,
 Portugalliæ, Vngariæ, Dalmatiæque &c.

Priuilegiū
 Ducatus
 Cardinalis, in per-
 sonam Ill.
 Hectoris
 Rauasche-
 rij.

D O N P E T R V S F E R N A N D E Z D E
 Castro Comes de Lemos, Marchio Sarrizæ, Comes de Andra-
 da, & de Villalua, ordinis militiæ Alcantaræ, Commendatarius
 de la Zarza, vnus ex Cubiculi clauis aureæ Præfectis Sux Maie-
 statis, & in præfenti Regno præfatæ Regiæ & Catholicæ Maiesta-
 ti, Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. Illustri-
 bus, Spectabilibus, Magnificis, & Nobilibus viris huius Regni Ma-
 gno Camerario, Prothonotario, Magistro Iustitiario, eorumque
 Locatenentibus, Deputatis in Sacro Regio Consilio, Præsidenti-
 bus & Rationalibus Regiæ Cameræ Summariæ, Regenti, & Iudi-
 cibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribe portionum, Thesaurario ge-
 nerali, Aduocatis quoque & Procuratoribus Fiscalibus, & præ-
 fertim Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baro-
 nibus,

nibus, Tribunalibus, & subditis Regijs, maioribus, & minoribus, præsentibus & futuris, ad quos seu quem præsentibus peruenerent, spectabunt, & fuerint quomodolibet præsentatæ, Regijs fidelibus gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Nuper pro parte Illustri HECTORIS Rauascherij Regij Consiliarij fidelis dilectissimi fuit nobis præsentatum infrascriptum Regium originale priuilegium præfatæ Regiæ, & Cathol. Maiestatis omni qua decet solemnitate vallatum, & roboratū tenoris sequentis videlicet.

P H I L I P P V S D E I G R A T I A R E X
 Castellæ Aragonum, Legionis vtriusq; Siciliae, Ierusalem, Portugalliae, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiae, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiae, Galletiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniae, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Gierris, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, & Occidentalium Insularum, & Terræ firmæ, maris Oceani, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Brabantiae, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Habsburgij, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristani, & Goceani.

VNIVERSIS, & singulis præsentium seriem inspecturis, tam præsentibus, quàm futuris. Regum ac Principum interest Nobilitati quam maxime fauere, eamque non solum in accepto à maioribus dignitatus gradu sacram tectam conseruare, Verum, meritis exigentibus, notis interdum fauoribus cohonestare, quo generosa ingenia, vbi se huiusmodi velut stimulis ad veræ virtutis decus instigari cognoscunt, magis, magisque ad ipsum amplexandum impellantur, atque excitentur. Quamobrem cum Illustri fidelis nobis dilectus Hector Rauascherius ex Comitibus Lauaniæ id hæctenus seriò conatus sit, vt præclaris Maioribus suis, quorum multa iam olim extant merita, se dignum per omnia exhiberet, & ad insignis, antiquæ, Nobilisque suæ prosapiæ Rauascheriæ imagines probitatis, fidei, obseruantiaque in Nos suæ ipse quoque laudem adiungeret, nobisque dimissè supplicauerit, vt in testimonium, ac significationem suorum, totiusque familiæ suæ Rauascheriæ meritorum Ducis se titulo ornare dignaremur, votis ipsius annuendum, Terramque Cardinalis, quam in Prouintia Calabriae vltra citerioris nostri Siciliae Regni à nobis, Regiaque nostra Curia iustis, vt asserit, titulis in feudum tenet, & possidet,

Ducatus

Ducatus splendore illustrandam, insigniendamque decreuimus. Tenore igitur præsentium ex certa scientia, Regiaque auctoritate nostra, deliberatè, & consulto, ac ex gratia spetiali, maturaque Sacri nostri supremi Consilij accedente deliberatione, prædictam Terram Cardinalis in Ducatus titulum erigimus, & decoramus, ac ipsum Hectorem Rauascherium suosque hæredes, & successores in dicta Terra ordine successiuo Duces Cardinalis dicimus, & nominamus, ab alijsq; in omnibus, & quibuscunq; actibus, & scripturis dici, & nominari volumus, & perpetuo reputari. Decernentes, vt deinceps dictus Hector Rauascherius, eiusque hæredes & successores ordine successiuo omnibus, & singulis gratijs, priuilegijs, prærogatiuis, iuribusque, dignitatibus, fauoribus, immunitatibus, præhementijs, libertatibus, & exemptionibus vti frui, & gaudere possint, & valeant, quibus huiusmodi dignitate decorati, potiti sunt, seu quomodolibet potiuntur, & gaudent, potiri que & gaudere possunt consuetudine, vel de iure, Ita, quidem, vt in parlamentis, & congregationibus Titulorum, & Baronum dicti nostri citerioris Siciliæ Regni, aut aliorum per Nos, aut successores nostros, & Proregem in dicto Regno, pro tẽpore existentem faciendis tanquam Duces dictæ Terræ Cardinalis tractari, vocari, & honorari debeant, & à nobis, & ipsis suam dignitatem, & gradum atque locum obseruari, pro vt solitum est. Statuentes, & declarantes expresse quod præsentis tituli concessionis priuilegium sit, & esse debeat eidem Hectori Rauascherio, eiusque hæredibus, & successoribus prædictis omni futuro tempore stabile, reale, validum, atque firmum, nullumque in iudicijs, aut extra sentiat impugnationis obiectum, defectus incommodum, aut nonæ cuiuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore, & firmitate perseueret. Fidelitate tamen nostra, feudali quoque seruitio, seu adoa, nostrisque alijs, & alterius cuiusuis iuribus semper saluis. Serenissimo propterea Philippo Principi Asturiarum, & Gerundæ, Ducique Calabriae, filio primogenito nostro carissimo, æ post felices, & longeuos dies nostros in omnibus Regnis, & dominijs nostris (Deo propitio) immediato hæredi, & legitimo successori, intentum aperientes nostrum, sub paternæ benedictionis obtentu, dicimus, eumque rogamus, Illustribus vero Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis, dilectis Consiliarijs, & fidelibus

bus nostris Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali nostro, Magno Camerario, Prothonotario, Magistro, Iustitiario, eorumque Locumtenentibus sacro nostro Consilio Castri Capuanæ, Præsidentibus, & Rationalibus Camerae nostræ Summarie, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curie Vicariæ Scribæ portionum, Thesaurario nostro generali, Aduocatis quoque, & Procuratoribus Fiscalibus, & præsertim Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus præfati nostri citerioris Siciliæ Regni, cæterisque demum, vniuersis, & singulis, Officialibus, & subditis nostris præsentibus, & futuris, tam prædicti nostri citerioris Siciliæ Regni, quam cuiuslibet alterius ditionis nostræ dicimus, & strictè præcipiendo mandamus, quatenus forma præsentium per eos, & eorum quemlibet diligenter inspecta, illam eidem Hæctori Rauascherio, eiusque hæredibus, & successoribus prædictis tenentes, & firmiter obseruantes, ipsos tamquam Duces Cardinalis habeant, teneant, reputent, honorificent, atque tractent, & contrarium non faciant, aut fieri permittant aliqua ratione, siue causa, quatenus dictus Serenissimus Princeps nobis morem gerere, cæteri autem Officiales, & subditi nostri prædicti gratiam nostram caram habent, & præter iræ, & indignationis nostræ incursum, pœnam ducatorum mille, nostris inferendorum ærarijs cupiunt euitare. In cuius rei testimonium præsentibus fieri iussimus nostro magno negotiorum præfati nostri citerioris Siciliæ Regni sigillo in pendentibus munitas. Datum Madriti die 14. mensis Iunij Anno à Natiuitate Domini 1611. Regnorum autem nostrorum Anno quatuordecimo.

YO el R E Y, vidit Lanf. Regens, vidit Celestus Regens, vidit Quintana Duegna Regens, vidit Cainus Regens, vidit Marcus Antonius de Ponte Regens, vidit Polus Regens, Dominus Rex mandauit mihi Ioanni Lopez de Zarate, soluat ducatos 48. Sanctos Leonetæ pro taxatore. In Priu. Neap. 19. folio 140. Supplicatum propterea nobis humiliter extitit pro parte dicti Illust. Hæctoris Rauascherij Ducis Cardinalis, quatenus de præinserto Regio Priuilegio, Regias exequutoriales literas sibi expediri facere benignius dignaremur. Nos itaque volentes, & tenemur, Regijs obedire mandatis, Tenore præsentium præcipimus, mandamus omnibus supradictis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus,

bus, Baronibus, & alijs Tribunalibus, Officialibus, & Subditis Regijs totius præsentis Regni, & eorum cuilibet in solidum, quocunque officio, autoritate, & potestate fungentibus, maioribus, & minoribus, præsentis, & futuris quatenus autentica per eos forma, & tenore dicti præinserti Regij Priuilegij, illam, & illum præfato Illustri Duci Cardinalis Hæctori, eiusque hæredibus, & successoribus ordine successiuo obseruent, & exequantur, ac exequi, & obseruari faciant per quos docet iuxta illius seriem continentiam, & tenorem, pleniores, omni dubio, & difficultate cessantibus, contrarium nullatenus tentaturi, ratione aliqua, siue causa, pro quanto gratiam præfate Regiæ Maiestatis caram habent, pænamque in dicto præinserto Regio Priuilegio præappositam, euitare cupiunt. In quorum fidem, has præsentis Regias exequutoriales literas fieri iussimus magno prædictæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis sigillo pendentis munitas. Datum Neapoli in Regio Palatio prope Castrum nouum die 12. mensis Augusti 1611.

El Conde de Lemos, vidit Constantius Regens, vidit de Castellet Regens, vidit Montoia Proregens. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Andreæ de Salazar. soluat tãr. duos Acunto pro taxatore in Priuileg. i. titulorum fol. 91. Executorio di Regio Priuilegio, per il quale la Maestà del Rè N. S. dà il Titolo di Duca in persona dell' Illustre Hettore Rauaschiero sopra la sua Terra del Cardinale, che possede in Calabria, vltra in forma Regiæ Cancellariæ.

5 *In rebus etiã familiæ de Casanoua errauit Scortia, si non potius dicendum est, illum rem omnem à principio malè relatam audisse. sic enim corrigendum in monumentis anni 1569.*

1569. *Maximilianus II. Rom. Imp. die 7. Septembris in Arce Possonij, Iulio de Casanoua, Laurentio, Scipiani I. V. D. Nicolao, Alphonso, & Octauiano eius filijs, & eorum discendentibus legitimis masculis Priuilegia Caroli IIII. & V. confirmauit, illis in confirmatione insertis ad verbum authenticum ipsam habet Io. Baptista Casanoua I. C. Genuesis Collegij, filius dicti Scipionis.*

1573. *Philippus II. Hispaniarum Rex per Senatum Mediolanensem die 29. Aprilis prædictis de Casanoua concessit, dicto scilicet Iulio, & filijs facultatem priuilegij supra scriptis utendi in statu Mediolanensi. Ideo extractam Mediolani in Archivio Senatus Excellentiss. dicti Car. V. insertum in illa concessione.*

Sequuntur

Ad
ditiones
pro
familia
Casano-
ua, &
Scortia,
ac
aliquo
emenda-
tio
n. s.

Sequuntur hic emendationes aliquot circa ea, quæ in Scortia, & Ferrario sunt omissa.

Fol. 79. ibi; Aut dolo familiæ immisceret; adde; ut in actis Ambrosij Gentilis de Senarega Notarij, & Cancellarij.

Fol. 81. ibi; Et ad damnum prædictæ Reipublicæ; Adde; ut apparet in actis Ambrosij Gentilis de Senarega Notarij, & Cancellarij.

Fol. 74. ibi; Ad mandatum Domini Regis proprium; Adde; hæc verba, Collauer.

Fol. 79. sub anno 1533. post illa verba; eisdem Rauascherijs nunciatum iri; Adde; Verumtamen tanquam sententiæ contra Rotæ Consilium recenter latum, contraque Sacrorum Pontificum pro Comitibus Lauanie, de Legatorum Reipub. consensu, anno 1276. sancita, exhibita in iudicio, immo ab ipsismet Iudicibus commemorata, nusquam familia obtemperauit.

Fol. 87. sub anno 1383. post illa verba; Thomam Rauascherium, & Quilicum Scortiam, &c. hæc addas; Quam ceterorum de Flisco, Blancorum, de Casanova Rauascheriorum, & omnium Comitum Lauanie.

Fol. 88. Ibi; Immunitates familiæ de Turri pro maximo; Addas; Immunitates familiæ de Turri pro maximo dantur testimonio illius nobilitatis, ex Comitibus Lauanie deductæ; quibus supra quadringentos annos in eodemmet Comitatu Lauanie (antiquitus suæ ditionis) Turriani fruuntur. Nam facili negotio in dubium quis adducere posset, utrum ex illis essent, nec ne, si aut non longissimo annorum decursu in eodemmet Comitatu inhabitarent, aut inde certò esse oriundi. Addimus præterea una cum familia Rauascheria, quæ in nullo dubio est apud Scortiam, eisdem in locis, familiam de Turri esse immensem. Aut si quando in controuersiam de immunitatibus ventum est, uti anno 1537. sententiâ à Franco de Oria, & Benedicto de Fornarijs (ut aiunt Commissarijs, aut arbitris) lata; in pristinum, sicuti Rauascherios, ipsosmet Turrianos esse restitutos.

Hic etiam addimus monumenta quedam familiæ Scortie anni 1608.

Sub Philippo Tertio Rege anno 1608. 3. Augusti Scipio Hieronymi Scortie filius à Consilio supremo in Vrbe Vallisduleta nobilis eques Idalgus tanquam ex Comitibus Lauanie habitus, & declaratus est.

Et alias simile quid obtentum ab eadem familia, nimirum, uti fit mentio

tio à Scortia anno 1608. ubi videre est, in Hispania Comitum Lauania originem pluries discussam fuisse: quo, sui apud exterarum nationis facto periculo, eo certiora sui quoque profertur monumenta.

6. *Ultimo loco mihi visum est finem scribendi minime faciendum, quin vetustissima illa manuscripta (quorum authographum Scortia dixerat se nactum fuisse apud Iulium Pasquam, & quibus habetur uniuersa fere Genealogia Comitum Lauania ab anno scilicet 1025. ad Pontificis Innocentij Quarti tempora) ad verbum transcriberentur, Quae si forte cetera monumenta iniuria temporum interijssent ipsa per se sola facile fidem facerent, atque alijs adiuuentis simulque collatis, vel plurimum adiungerent verum aliqua corrosa, & manca visuntur nonnulla praetermissa, permutataque, ut mendacij, aut erroris speciem praesferant, quae re vera tamen nulla implicantur contradictione. Huiusmodi dubium est de filijs OpiZonis ubi Henricus in manuscripto can. dicitur apud Scortiam Card. equidem existimo nusquam Cardinalem fuisse, licet post Inno. aliquando creati potuerit, nam praeterquam quod in manuscripto non habetur neque Pansa in Catalogo Cardin. Genuens. Henricum ullum recensuit, qui quidem error similitudine litterarum facillime potuit induci, nimirum scribi per Can. Card. Dubitatio alia exoritur de Beltrami filijs ubi Scortia duos recenset, manuscriptum nouem connumerat. Sed hic non dixerat Scortia duos tantum nec plures, qui cum fastigia rerum sequeretur ad familiam Rauascheriam in Arbore sua inferendam nominari à se duos sufficere existimabat, licet plures adessent quos suppetere potuisset. De filijs Rubaldi etiam controuersia: nam ex registro Communis Albertus videtur non Theodisij frater, sed filius at tamen uterque esse potuit. De Rubaldo Rapallini filio etiam suspitio contingit quod potius nepos fuerit ex registro, & Girardus gen. Girardum Scortiam qui gen. Girardum Obertum, Mutium Cagnolum, Martium, & Manfredum, haec sunt ex ijs quae dixeramus praetermissa quod frequenter legatur in manuscripto gen. alios gen. plures, non mentiundo, sed negligendo singula nomina recensere, ubi etiam praetermissis Thealdi filios qui de Turri dicuntur cum tamen GERARDI RAVASCHERII eius fratris natos nepotesque suppleuerit. Aliqua etiam alicubi Comitum nomina reperiuntur de quibus hic auctor ne verbum quidem, Nec tamen propterea mendacij redarguendus venit, non enim omnibus numeris absolutissima tabula in tanta antiquitate produci potest aut confici, & quisquis ille fuerit huiusce Genealo-*

Genealogia Comitum Lauania, de qua meminerunt Pansa in vita Innocentij III, & Scortia fol. 34.

nealogie descriptor sibi satis superque illo rudi seculo elaborasse visus est. Nec parum nobis euenisse dixerim si hæc quamuis manca mutilataque sexcentorum annorum ad nos peruenire potuerant. Quæ profecto uti à maioribus tradita vetustate ipsa veneranda sunt licet, & temporibus, & hominibus cum tabula GERARDI RAVASCHE-RII superius producta cum monumento à Scortia allato de Gerardo Scortia autore Siri Oeconomo, cum registro Communis Genue, cum alijs antiquis tabulis sexcentis conuenire reperiantur. Porrò aliqua compleri possunt ex alijs collecta, quæ insigniori littera notata iuxta Iulianum manuscriptum referentur.

ANTIQA MONV-
menta Comitum Lauania
habita à Iulio Pasqua
vetustate exesa.

• • • • •
 • • • • •
 • • • • •

mortuus fuit in expugnatione Mezaneghi.

Anfaldus genuit Thedisium qui nutritus Vessani, & inde habuit vxorem.

Thedisius genuit Rubaldum, Obertum, & Albertum.

1. Rubaldus genuit Albertum, Henricum, Opizonem, & Arduinum Episc. Placentinum.

Albertus genuit Ruffinum.

Ruffinus genuit Vgonem de Flisco, Thedisiū, Girardū, Hible- tum, & Opizonem Episcopos, & Albertū Arch. Parmensem.

Vgo de Flisco genuit Albertum Thedisiū Opizonem, & Ruffinum

num Abb. S. Fructuosi Rubaldum Prepos. lan. & Singibaldum qui est Papa, & vocatur Innocentius Quartus.

Albertus de Flisco genuit Vgonem, & Matthiam naturalem Vgo habuit tres filios. A. Matthias tres filios. B. Thedius gen. Vgonem, & Albertum, Nicolosiū, Octobonū C. S. Adriani Card. Princiualem & Fridericum.

Vgo genuit Opizonem Archid. Parm. Pisanum & & Singibaldum cantorem Singoniensem.

Albertus gen. Egidium Canon. Eboracensem Manuellem, Al D bertum, & alium. E. F. Opizo de Flisco gen. Iacobū D. Gulielmū Card. S. Eustachij Andream Cantorem Sarisberiensem Henricum Canonic. Vgolinum, & Thedisiū Cano.

Iacobus genuit Opizonem. Vgolinus genuit Perciualet Petrum, Iacobū, & Sorleonē. G. Henricus autē supradictus Rubaldi filius gen. Opizonē Rubaldū, & Thedisium Ep. Plac.

Opizo genuit Gulielmum Fabā Thedisiū, & Opizonem Abb. S. Fructuosi, & Rubaldū Abb. de Orozon. H.

Gu-

ALIQVA ALIVNDE
*collecta ex registro nimirum
 Gen: tabulisque antiquis.*

- A. Vnus dictus est Albertus.
- B. Octobonum, Albertum, Thedisium Magis. S. Laurentij.
- C. Qui fuit Adrianus V.P.M.
- D. Alij Andriolum.
- E. Leonardum Clericum.
- F. Nicolaus gen. Albertū Cler. Octobonum, Carolum, Lucam, Fridericus gen. Gulielmum, Andream, Manfredum, Lucam, Franciscum.
- G. Et Thedisium Clericos.
- H. Et Stephanum ex reg. 1138.

Gulielmus Faba genuit Pandecampo, & Gulielmum filium Pandecampo gen. Alamanum, & Gulielmum Canonicum Verselensem.

Alamanus genuit Opizonem. Gulielmus Faba gen. Vgonem, & Thedisium.

Vgo Gulielmum Conradū Ogerium.

Thedisius Gulielmum Cler. & Henricum.

Thedisius filius Opizonis genuit Opizonem Armannum, & Vbertum Episc. Albing.

Opizo gen. Gerardū de Carpena Armanus genuit Iacobinum.

Rubaldus filius Henrici genuit Thedisium Opizonem Flaconium, & Albertum Rapallinum. I.

Bonifacius genuit duos filios. K.

Opizo gen. Gerardum, & Thedisium Cler. & alium. L.

Opizo filius Rubaldi Thealdū.

N. Thealdus genuit Ruffinum & Opizonem.

Ruffinus genuit tres filios quorū vnus est Clericus. M.

Albertus Rapallinus filius Rubaldi gen. Rolandum & Ambrosium.

Ro-

I. Est filius Thedisij non frater ex registro.

K. Deest cuius fuerit filius.

L. Deest aliquid aut abundat videtur tamen descendencia Thedisij filij Rubaldi.

N. Thealdus de Sigestro cuius acta sunt in Archiuo Notariorum ponit quatuor filios Thealdi, Ruffinum, Opizonem, Albertum, & Rubaldum anno. 1213.

M. Fuit nepos non filius vt dictum est.

C 3

Rolandus genuit Ambrosium.
Ambrosius genuit Nicolaum, &
alium.

Ambrosius filius Alberti Rapal-
lini gen. Vgonem Alb. Gau-
dentium Ioem Siluestrum, &
alium. O.

Opizo filius Rubaldi frater Al-
berti, & Henrici supradicto-
rum gen. Ardoinū, & D. Man-
fredum qui fuit Card. in Cu-
ria Romana.

Ardoinus gen. Rubaldum, & Ar-
mannum.

Rubaldus gen. Henricum qui di-
citur Cardinalis.

Henricus qui dicitur Cardina-
lis gen. Bonifaciū, & Nicolaū.
Bonifacius genuit Henricum, &
Ioannem.

Armannus filius Ardoini genuit
Stephanum.

Stephanus gen. Ardoinum.
Ardoinus genuit Thedisium, &
Facinum, & Albertum.

Supradicti omnes vocantur
filij Rubaldi.

Obertus filius Thedisij gen.
Paganum.

Paganus gen. Girardum, Scor-
tium, & Obertum Claudum.

P. Girardus Scortius gen. Gui-
dum, & Obertum Cler. & Gui-
dus Angelus gen. Scortium.

Scortius gen. Angelexium, Gul-
lielmum, & D. Albertum
Episc. Bobiensem, & Paga-
num

O. Gullielmum.

P. Ex registro communis Gen.
Girardum Scortium filium,
qui gen. Guidum Obertum,
Mullum Cagnolum Martiū
Manfredum Guercium.

num Priorem Bibiolæ.

Angelierus gen. Opizonem, &
Bonifacium Laicos, & Alber-
tum, & Scortium Clericos.

Gulhelmus gen. Angelinum, &
Cagnolum

Muslus filius Gerardi Scortij gen.
Gerardum, & D. Gullielmum
. sarium Albin-
ganensium.

Gerardus gen. Scortium, & Al-
debrandum Canon. S. Ma-
riæ de Vineis.

Scortius gen. Aldebrandum, &
alium. Q.

Cagnolus filius Gerardi Scortij
genuit Scortium.

Martius genuit Rolandinum, &
Girardum

Rolandinus gen. tres filios. R.
Manfredus genuit duos filios. S.
Obertus Blancus filius Pagani
gen. Henricum Blancum, &
Paganum.

T.

Henricus Blancus gen. Vgonem
& Henricum, & Petrum Ca-
nonicum Placentinum.

Vgo gen. Perrinum, & duos alios
Ardoinus gen. vnum filium. V.

X.

Martinus filius Alberti Bianchi
gen. Martinum Gullielmum
Lauaninum Obertum Cano-
nicum, Baldoinum Gandul-
phum, & Ottonem Archid.
Genuensem.

Mar.

Q. Vocatum.

R. Rodolphum, Rolandū, Iuliū.
S. Arnaldum, & Rubaldum.

T. Ingonem infra vocatum.

V. Deest cuius fuerit filius.

X. Oberti alias.

Martinus gen. Vincentium, &
Gandulphum

Obertus Comes genuit Ottholi-
num, & Anfaldum

Ottholinus gen. Iacobum, & Pe-
trum Canon. & Henricū Can.
S. Marię de Vineis.

Iacobus gen. Ottholinum.

Anfaldus Oberti Comitis genuit
plures filios .

Isti supradicti vocantur fi-
lij Pagani,

3. Albertus filius Thedisij genuit
Gerardum.

Girardus Armannum Mussum
Vgonem Comitem

Armannus gen. Albertum Pe-
nellum, Thedisium, & Ar-
mannum.

Albertus Penellus genuit Rai-
mundum, Girardum, Ioan-
nem, & Origerium .

Raimundus genuit Penellum, &
Albertum.

Girardus Penellus gen. Arman-
num Canon. S. Marię de Vi-
neis, & Baldoinum Canon.
Genuen, & Andream Mona-
cum S. Fructuosi, & Bonifa-
cium, & Albertum .

Albertus gen. vnum filium .

Ioannes Penellus genuit Bartol.
Petrum Gu Andreā
Girardum, & alium .

Mussus filius Girardi genuit Bel-
tranum

Bel-

Beltramus gen. GIRARDVM
RAVASCHERIVM, Opi-

††
zonem, Thealdum, & Beltra-
mum, Obertum monacū San-
cti Si Gulielmum
monacum S. Siri Ian. & Alber-
tum Abb. de Spigno, & Rubal-
dum, & Petrum Priores de
Bibiola.

GIRARDVS RAVASCHE-
RIVS genuit Falconem, &
Rubaldum Priorem de Caro,
& Guidonem, & Beltramum.

Fulcus gen. Opizonem Gerar-
dum, & duos alios

.
.
.

Z.

Vgo Sicus gen. Aimannum Gi-

†††
rardum Vg. Frede-
ricum Albertum. B.

Armannus gen. Vgolinum The-
disium

Petrum Cler. & multos alios. †††
Omnes istos vocant filios
Girardi.

†† Thealdus qui dicitur de Tur-
ri meminit de eo Eonomus
Siri Archiep. sub rubrica de
Sigestro, vbi additur etiam
Henricus Turri vti in rubrica
de ijs qui sunt extra Ciuitatē.

Z. Scilicet Armannus Casanoua.

††† Vgonem secundum qui gen.
Iacobum Grassum, Rubaldū
Sicum, Thedisium, & Philip-
pum Sicum quorum scudum
erat frauega.

B. Alij volunt Vgonem Sicum
ex prima vxore genuisse Ar-
mannum de Casanoua, Ray-
nerium de Garfanega, & Ber-
nardum de Garfanega, ex se-
cunda vxore de Bulferijs ge-
nuisse Vgonem Sicum.

††† Bernardum de Casanoua,
Egidium, Marabottum, The-
aldum.

Nobilis
vir Tho-
mas Rau-
ascherius
Lauaniae
Comes
creatur
Capita-
neus ad
guerram
à Duce
& Senatu
Gen.

7 *Hic adhuc inferius ducentorum annorum tabula adscribitur : quod adeo multa in tanta temporum diuturnitate sibi manus dent quodque familiam Rauascheriam originis probandae suae onere quodammodo alleuasse videantur . Cum ipse Reipublicae Dux, Senatus, Conciliumque uniuersum Thomam Rauascherium Comitem Lauaniae nuncupauerint, additisque duobus ex urbe Consiliarijs, guerra Capitaneum, ut prius verbis utar, cum mero, ac mixto Imperio intra, atque extra Cluari, & Lauaniae Oppida suffragijs, quod raro fit, omnibus creauerint . Vbi videre est quanto in honore familia à republica haberetur, licet ea tempestate procul ab Vrbe, sed quasi in veteri Comitum ditione ferè, more nobilium Gallorum, Germanorumque degeret . Nam tunc temporis Populus Genuensis Longa obsidione Venetam Urbem praemebat, cum Mediolani Dux, Venetorum hortatu, ut inde arma diuerteret, Liguriam exercitus inuaserat . Huic Respub. eo loci Rauascherium obiecerat summamque belli commiserat .*

M. CCC. LXXX. die. 22. Septembris.

Magnificus D. Nicolaus de Guarco Dei gratia Dux Ianuensis, &c.
& Consilium Ansanorum eiusdem, in legitimo numero congregatum, nec non officium quadraginta Consiliorum Ciuitatis in pleno numero, vna cum praedictis domino Duce, & Consiliarijs pro infra scriptis specialiter faciendis congregatum . Attendentes expediens, & vtile fore pro confortatione, & salute Terrae Cluari, & habitatorum eiusdem, ac etiam aliorum locorum, & hominum Vicariatus illius, quod in Terra, & Burgo Cluari praedicti sit pro Communi Ianuae, vnus probus, & sufficiens Capitaneus Guerrae, cum duobus Consiliarijs qui vna cum ipsis Consiliarijs circa praedicta, & ad reprimendam, & conuincendam audaciam, & nequitiam illorum malignorum ciuium, & aliorum omnium emulorum, & hostium Communis, & patriae Ianuensis nuper ventorum, & existentium, & fideles dicti Communis partium illarum, nec non ad ea, quae ad guerras, & quaestiones illas sunt necessaria, & oportuna contulere, prouidere, & disponere possint, & debeant viriliter, & prudenter . Et volentes procedere ad electionem faciendam de Capitaneo praedicto, consiliariisque suis, & in hijs sequi formam regulae communis, positae sub Rubrica, Quod dominus Dux & Consilium non habeant, nec exerceant merum, & mixtum Impe-

Imperium nisi per Officiales Communis, vt infra, Idcirco seruata forma prædicta. Confisi de probitate, constantia, & discretione nobilis viri Thomæ Rauascherij, Lauaniæ Comitis, ac etiam prudentum virorum Ioannis de Traui, & Lucæ Gentilis ciuium Ianuæ repertis lapillis albis omnibus quinquaginta duobus numero nullo nigro ipsum Thomam in Capitaneum dictæ guerræ in Clauaro, & partibus antedictis, dictosque Ioannem, & Lucam in Consiliarios eius elegerunt, constituerunt, & ordinarunt. Dantes, & concedentes autoritate præsentium dicto Thomæ Capitaneo constituto, plenam, & liberam potestatem, & baiiam consulendi, prouidendi, mandandi, ordinandi, disponendi, faciendi, & exequendi, vna cum Consiliarijs antedictis, vel alijs subrogandis loco ipsorum in guerris prædictis causis, & agendis earum, nec non circa guerras assertas, & in dependentibus, emergentibus, & connexis omnia, & quæcumque sint, & occurrerint necessaria, vtilia, & oportuna, & de quibus, & prout eidem Capitaneo cum consilio prædictorum, melius, vtilius, & salubrius videbitur ea pedire cum plena, & libera iurisdictione, & balia, mero, & mixto Imperio, & gladij potestate in, & super omnes, & singulos homines, & habitatores dictæ Terræ, & Burgi Cluari, ac etiam Lauaniæ, & totius, potestatiæ ipsorum locorum Cluari, & Lauaniæ, nec non in omnes, & singulos stipendiarios Communis, ac alias quascumque personas existentes, & futuras in dictis Terris, & locis Cluari, & Lauaniæ, in ijs scilicet, quæ pertinent, & pertinere noscuntur ad præmissa, vel aliquod præmissorum dependentia, emergentia, & connexa ab eisdem. Ita tamen non obstantibus prædictis, quod ipse Capitaneus vna cum Simone Lacauellum Vicario g. intra Burgum Cluari exercere possit, & debeat prædictum merum, & mixtum Imperium, eo modo, quo, & pro vt supra conceditur, extra vero Burgum prædictum illud exercent, & exercere possit sine dicto Vicario, eo modo, quo supra concessum est cum Consiliarijs antedictis. Quæ quidem baiia valeat, & duret hinc ad annum vnum, proxime venturum tantum, & minus arbitrio, & voluntate dictorum D. Ducis & Consilij.

1611. die 15. Septembris.

Ex quodam libro anni 1380. asseruato in Archiuo Serenissima Rep. Gen. in quodam tabulato, habente inscriptionem Antonij de Credentia prædictæ

*Etæ Reip. Cancellarij, & fuit extractum ad instantiam Illustrissimi
Manfredi Rauasberij.*

Gulielmus Diana Cancellarius, & Secretarius.

Priuegiũ
Henrici
VII. con-
cessum
Rep. Gen.

8 *Ad manus adhuc nostras peruenit priuilegium Henrici VII. quod, cum Populi Genuensis rebus mirificè proficit, nihil Comitibus Lauania officiat. Vbi Genuensibus statuit in rebus ultra mare nullam, citra uero centum tantum annorum præscriptionem, iura tamen, seu Communis Ianuæ, seu Terrarum, seu hominum, seu locorum (ut rescripti propria uerba inseram) quæ tenentur ab ipso Communi, illæsa reseruat. Quod multo clarius exponitur in priuilegio eiusdem Henrici Comitibus Lauania eodemmet anno post menses quatuor concesso, quod refertur à Scortia anno 1313. Nimirum Princeps optimus, neque unquam conuenta pacta alicuius cum Repub. rescindere intellexit, neque si forte aliquid in amplissimo priuilegio ex solemnibus uerbis in damnum Comitum Lauania elapsum fuisset, exinde resarcire declarando, & retractando resumpsit. Hæc profecto diplomata, quo cariora Reip. sicuti carissima, eotutiora, sicuti turbatissima concessa Comitibus esse deberent, atque adeo, ut ex firmitate rerum priuatarum, res ipsemet publicæ redderentur, etiam atque etiam stabiliiores.*

*1313. V. Kal. Aprilis, & Indiēt. II. Regni nostri anno
V. Imperij uero Primo.*

Apud Pisas.

*Henricus Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator semper Augu-
stus, concessit Ianuensibus, ut infra.*

*Volumus etiã quod in petendo et consequendo iura, quæ habet, et habere cõsuevit Cõmune Ianuæ in rebus quibuscunq; existentibus ultra mare, non obsit ipsi Communi aliqua præscriptio, seu transcur-
sus temporis cuiuscumque. In rebus autem existentibus citra mare, computetur contra dictum Cõmune solummodo centũ annorum præscriptio, uidelicet in præscriptionibus pendentibus, et futuris. Præterea decernimus, quod per aliquod rescriptum, vel priuilegium, per nos concessum, vel confirmatum, vel aliquã concessionem, vel aliquam confirmationem alicui Cõmunitati, vel singulari personæ factum non intelligatur, nec sit factum præiudicium iuribus Communis Ianuæ, seu hominibus, terris, vel locis, quæ tenentur ab ipso Communi, et quod iura ipsius Commu-
nis,*

nis, & hominum sint illæsa à dictis priuilegijs, concessionibus, & confirmationibus, quemadmodum erant tempore, quo Italiam intrauimus, saluo omni iure Imperij.

